


Aristoteles
et
AVERROES
PHYSICA



vol. 1



Accipe Lector studiose Aristotelē pe
ripatheticorꝝ principē: ac eius fide
lissimū īterpretē Auerroē: ca
stigatum erroribusqꝫ purga
tū: necnō margines opti
mis ānotationibus ac
ꝯcordātijs ornatū.
atqꝫ fideli studio
quoad fieri po
tuit impres
sum.

¶ Viti Thesmophili Tranensis tetra-
sticon ad Lectorem.

Scripsit Aristoteles: claravit corduba: Marcus
Corrigit: adiungit: digerit: ac retegit.
Auxilio cuius: si forte videbitur auctor
Durus & interpres: mox tibi mollis erit.

¶ Marcus Antonius zimara Sanctipetrinas hydruntinus Marco Antonio Cō-
tareno Caroli filio. S. P. D.

etus consuetudo: ⁊ cum ipsis pene litteris exorta: vt cuiusuis scripto-
res artis: que lucubrassent principibus viris inscriberent dicarentq;. au
ctoritatem operi ea saltem ratione comparantes: quā ego consuetudi-
nem vetustissimam seruandā mihi cum proposuissem: castigationes
Auerroys: non immerito inter Aristotelis expositores commentato-
ris nomen assecuti: qualescunq; essent: suadentibus viris doctissimis
emissurus: iure merito tibi in primis dicatas volui. Futurum enim erat: vt nisi ipse
hoc facerem: ingrati hominis notam vix possem effugere. Nam cum tu talis in do-
ctos ⁊ studiosos omnes semper fueris: sisq; qualem te omnes norunt: indoctorum
vero: ⁊ presertim eorum qui se doctos credunt: hostis acerrimus. Cumq; tu tantū
semper ingenijs faueris: vt tibi studiosi omnes debere se sentiant: damnandus fuis-
sem vtiq;: si quēquā tibi preferri voluissem. Huc accedit ꝙ cum ego tibi deuinctus
auctoratusq;: cunq; testimonio tuo ornatus sepissime: patrocinio adiutus: auctori-
tate seruatus: hūc inter Gymnasij huius Professores locū teneam: qui obsecro cō-
mittere vnquam potuissem: vt labores mei: quicunq; essent: sine tuo auspicio pro-
dirent in publicum: vulgiq; manibus concrederentur. Fuit autem labor noster in
Auerroe castigando non exiguus: innumerabilia in eo vulnera vel librariorum vi-
tio: vel translatoris sanauimus: erant ex his quedam satis feda: quedā minus: que-
dam ex confesso falsa: sed dij boni quot prodigia: quot monstris insignia: in omnibꝰ
fere delio opus erat natatore. Uerum dijs iuuantibus eam nos: nisi fallor: illi me-
dellam attulimus: vt in pristinam faciem restitutus videri possit omnibus. Addidi-
mus vero nos in calce operis ad communem studiosorum vtilitatem: quonam pa-
cto noster Auerroes in quibus sibijpsi pugnare videatur defendi possit: ⁊ a contra-
dictionis nota saluari. Hoc enim quotidianis extentisq; precibus de nobis studiosi
iuuenes impetrarunt: ceu parum esset emendatum a nobis opus fuisse: ni ⁊ in his
periclitandum nobis esset. Quod si forte fortuna omnia scrutari lustra nequiuerī:
⁊ iccirco quedam preterijsse contigerit: non tamen hoc ideo mihi dandum vitio est:
nec me pudet eius me vitij reum fateri: quod nemo in se non sentit. Reliquum est iu-
uenis doctissime: vt Auerroem ⁊ in Auerroe litteratos omnes ita tueare: vt oēs in
telligant te studiorum ⁊ studiosorum esse patronū: te eum esse: de quo omnia polli
ceri sibi vnusquisq; facile possit. Tanta est ingenij tui sublimitas: tanta vtriusq; lin-
gue cognitio: vt qui te grece legentem audiant: non Uenetijs ortū: sed Athenis cre
dant. Assentari nolo: nec si velim: que tua est ingenuitas: pateris. Uera dico: ⁊ que
vnusquisq; confiteatur. Suscipe igitur patrone mi Auerroē sine quo philosophia
vix potest consistere: eumq; in tutelam receptum ab inuidorum manibus ōfende:
nam q̄uis hoc mihi persuaserim: hocq; pro comperto vna cū viris doctissimis ha
beam: non posse non indoctos esse: quibus Auerroes ipse non sapiat: vix tamen di
ci potest quantum ornamenti atq; presidij eminentissimo auctori patrociniū tuū
afferre posse videatur. Uale. Ex patauino Gymnasio pridie kalēdas Decēbres.

Prohemium

Atentio mea in hoc ꝑmone est glosare librũ Aris. qui dicitur auditus nālis. ¶ Et ꝑm vsũ glosatorum dicentium in principio libri octo capitula. s. intentionem libri: vtilitatem: ordinem: diuisionem: proportionem: viam doctrine: nomẽ libri: nomẽ auctoris dicam ⁊ ego: lꝫ plura ex istis possunt itelligi ex ꝓhemio libri: sicut in subsequẽtibus ondemus. ¶ Dico ꝙ itẽtio scie nālis in sũma cuiꝰ itẽtõis iste liber ẽ ps: ẽ cognoscere cãs ꝓpẽrũ sensibiliũ ⁊ cãs visibiles in eis ꝓpẽbus accñtiũ: qꝛ subm istiꝰ artis nõ sunt nisi res sensibiles. subm dico ꝑm ꝙ trãsmutant de se. i. ꝑm ꝙ hñt de se pñm motꝰ ⁊ qetis. ¶ Et itẽtio huiꝰ libri est cognoscere de istis cãs cões oibꝰ rebꝰ nālibus. s. mãz: formã: finẽ: ⁊ agẽtez. ⁊ cognoscere cãs pmas ex ꝰ qð ẽ posse sciri i hac scia: sic mãz pmã ⁊ mouẽs pmũ: forma aũt pma ⁊ finis pmꝰ a metaphysico ꝯsiderant: ⁊ ꝯsideratio in ꝯseqntibꝰ cõibus oibꝰ rebꝰ nālibꝰ sic tpe loco ⁊ eis silia ẽ inqsitio nālis. ¶ Utilitas eiꝰ est ps vtilitatis scie speculatiue: ⁊ declaratũ est in scia ꝯsiderãte in opationibꝰ voluntarys: ꝙ esse bois ꝑm vltimã ꝑfectionẽ ipsiꝰ ⁊ suba eiꝰ ꝑfecta ẽ ipz esse ꝑfectũ ꝑ sciaz speculatiuã: ⁊ ista dispõ ẽ sibi felicitas vltia ⁊ sempiterna vita. ¶ Et i hac scia manifestũ est ꝙ pdicatio nois bois ꝑfecti a scia speclatiua ⁊ nõ ꝑfci siue nõ hñtis aptitudinez ꝙ ꝑfici possit: ẽ equoca sic nomẽ bois pdicat de hoie viuo ⁊ ð hoie mortuo: siue pdicatio bois ð rõnali ⁊ lapideo. ¶ Et quũ ꝰ ꝯseqt cognitionẽ scie speclatiue ð moralitate vtuosa: qm sciẽtes istã sciam quũ erũt ꝑꝫ ordinẽ nālẽ: oꝫ eos ð necitate eẽ vtuosos i oibꝰ spẽbꝰ vtutũ moraliũ: q̃ st: iustitia: abstinẽtia: audacia: sublimitas: bonitas: vitas: fiducia: ⁊ alie de vtutibꝰ boiũ. ¶ Et ðclarauit Alexãder i ꝓhemio hꝰ libri quõ seqt scia haꝝ vtutũ ad sciaz speclatiuã: qꝛ quũ nouerit sapiẽs puitatẽ vite sue ⁊ ꝑpetuitatẽ sempiternã ⁊ motũ ꝯtinuũ: ⁊ ꝙ ꝓportio sue vite ad tps sẽpiternũ ẽ sic pũcti ad lineã: vl sic finiti ad ifinitũ ñ pcurabit ppriã vitã: ⁊ tc erit audax ex necite. ¶ Et silr quũ nouit ꝙ mors ẽ ex necessite hyle siue mãe: ⁊ ppe quũ hꝫ ꝑfectõez hũanã: ⁊ dubitat ꝙ a ꝑfectiõe expoliet: tc ñ ẽ mirꝝ: si aliqñ eligit mortẽ pre vita. Sic fec Socra. cũ atheniẽsibꝰ q̃bꝫuis opinet ð Socrate ꝙ ñ fuert ei ðclate vie disciplie cões ⁊ ppe: qꝛ voluit ambulare i via ppa pplorꝝ. ¶ Et silr quũ sciuerit ꝙ ꝑfectionem hre ñ pt erit ei mors peligẽda sup vitã: ⁊ manim ẽ ꝙ quũ sapiẽs dubitauerit ñ eẽ ꝑfectꝰ ꝙ audacia eiꝰ ñ erit nisi i acqrẽo hãc ꝑfectõez. ¶ Itꝝ oꝫ sapiẽtes eẽ iustos ⁊ abstinẽtes. Iusti quũ sciuerit nãz iustic exñtẽ i suba reꝝ: tũc amãt silari illi nãe ⁊ acqrere illã formã. ¶ Abstinẽtes cũ sciuerit idignitatẽ voluptatũ: qꝛ ñ st ð dispõni hꝰ necys i eẽ boiũ nedũ ð ꝑfcõnibꝰ ipoꝝ: sꝫ sũt ꝯña ex necite mãe ð seipis eyciẽt voluptes oio: ⁊ erũt abstinẽtes: ⁊ manutenebũt leges dinas: ⁊ imitabunt ordines nāles. ¶ Et manim ẽ ꝙ ðbẽt eẽ bõi ⁊ liberi: qꝛ vilipẽdũt pecuniã quũ sciãt eẽntie pecũie vilitatẽ: ⁊ ꝙ studiositas i ea ẽ vnũ ð ðsiderys pter nãz: silr debẽt eẽ sblimes ⁊ amãtes vitatẽ i opõnibꝰ ⁊ dictõibꝰ ipoꝝ cũ alys ꝯñtibꝰ eis ex vitate hũana. ¶ Si ãt dr ꝙ eẽ ñ testat sup ꝰ: qꝛ ples sapiẽtes hꝰ artl hꝰ tpis ñ st tales. ¶ Dr ꝙ ꝰ accit eis pp dispõnẽ inãlẽ i hac cõite: ⁊ ista dispõ ẽ ðclata exercitãtibꝰ i disciplia practice. ¶ Et signũ sup ꝰ ꝙ accit eis res ex nãz: ẽ ꝙ iuẽimꝰ Alex. ⁊ alios dicẽtes: ꝙ sapiẽtes vtuosi fuert i tpe suo sapiẽtes vo tpis hꝰ: qꝛ a cõite gẽtiũ viles hñtur ⁊: pncipes existimãt ꝙ ñ st digni rger ciuites: nꝫ digni sint eẽ eoꝝ secretary ⁊ pximi. sapiẽtes tũc existimãt ꝙ ꝰ vilitas ex scia acciderit eis: ⁊ pp ꝰ ðcliabit dispõ quã nālr a scia habuerũt a dispõne opionis istiꝰ: ⁊ ðclinãt vlr ad voluptes: ⁊ accit eis dispõ ex nãz: i tm ꝙ ñ st digni eẽ ps citatl: ⁊ hec dispõ ples dyalecticl aduẽit. q̃ ꝑꝫ nãz scie sequũt eos oẽs vtutes: ⁊ ꝑꝫ accñs sequũt eos vitia pp societatẽ boiũ tpis hꝰ. ¶ Ordo ãt hꝰ libri ẽ pmꝰ libroꝝ positoꝝ ab Ari. i scia nāli: qꝛ res nāles diduntur ad diuersas nãs: ⁊ quũ diuersificant i eo qð ppriũ ẽ vnicuiqꝫ eoꝝ: cõicãt ẽt i rebꝰ cõibꝰ exñtibus i eis: ⁊ pp ꝰ diuidit ꝯsideratio huiꝰ artis i duas ptes: pa ẽ ꝯsideratio i rebꝰ cõibꝰ oibꝰ rebꝰ nālibꝰ. 2a ẽ ꝯsideratio in rebꝰ ppriys vnicuiqꝫ generũ nãrũ diuersarũ: ⁊ ista ps 2a diuidit ꝑꝫ nũeꝝ diuersoꝝ generũ: ⁊ pp ꝰ fuerũt libri positi i hac pte ples: sic accidit in logica ⁊ i alys ptibꝰ speculatiuis. ¶ Cãe ãt qre ps cõis ẽ por ptibꝰ ppriys sũt tres i his artibꝰ. pa ẽ ꝙ cõe ẽ notiꝰ nālr ppo apud nos. 2a ꝙ idẽ in disciplina nõ erit ples iteratũ. 3a ꝙ ppõnes vsitate in ꝰ nõ eẽnt pe ⁊ ppe. U. g. q demrat in triãgulo angulos eẽ eqles duobꝰ rectis demrat ꝰ ꝑ ppõnes pmas. q ãt demrat ꝰ in triãgulo diuersoꝝ lateꝝ: vel eqliũ lateꝝ: tũc ppõnes qbꝰ vtit nõ erũt pme. silr q demrat eẽntiã pe mãe hoi vel aiali vel alys rebꝰ pticularibꝰ pp ꝰ oꝫ pponere ptẽ cõez ppe sic libꝝ poꝝ: ⁊ libꝝ periheraeo añ posteriora ⁊ dyalecticã ⁊ alias. ¶ Diuisiões ẽt hꝰ libri sũt octo ꝑmones: ⁊ qlibꝫ ꝑmo ptit in ptes maiores ⁊ minores: ⁊ maiores in miores ptiunt: ⁊ nos narrabimꝰ istas ptes i ꝓhemio cuiuslꝫ ꝑmõis. ¶ Proportio eiꝰ oibꝰ sciẽtys speculatiuis. s. ꝓpatio scie nāl ẽ ꝑꝫ pportionẽ ptis ad totũ: qꝛ scie speculatiue sunt duobꝰ modis. vnꝰ nũerat pp exercitiũ sic mathematica: aliꝰ pp ꝑfectionẽ ꝑ quã ipz ẽ: ⁊ ẽ scia nāl ⁊ dina. ¶ Proportio ãt istiꝰ libri ad sciaz nālẽ ẽ sic pportio elntoꝝ rei ad rẽ: qꝛ iste lib ꝯphẽdit res q̃ sũt sic pna ⁊ radices vles illoꝝ: i qbꝰ vult alloq nālis. ¶ Uia doctrine hꝰ libri sũt spẽs doctrine vsitate in hac scia: et sũt modi oiũ disciplinaꝝ. s. tres modi ðmrationũ. s. signi: ⁊ demratio cãe: ⁊ ðmratio simplr: q̃bꝫuis signũ ⁊ cã sit plus vsitata i hac scia: ⁊ aliqñ est vsitata ðmratio simplr. ¶ Et maneries disciplie diuisiõis ⁊ diffõnis ⁊ enthymematis exẽpli ⁊ iductiõis: qꝛ vsus istoꝝ qnqꝫ vtit ars demratiua ꝑꝫ modũ datũ i posterioribꝰ: sꝫ vsus q̊ vtit enthymemate ⁊ iductiõe est aliꝰ ab vsu q̊ vtit rhetorica ⁊ dyalectica. ¶ Nomẽ hꝰ libri ẽ auditꝰ nāl siue ꝑmo nāl: sꝫ quũ acciderit ꝑmoni ꝙ audiat: mutatũ ẽ loco ꝑmõis auditꝰ ꝑꝫ mutationẽ ⁊ alterationẽ pp ðlectationẽ ⁊ extneitatẽ exñtẽ i vbis mutatis: ꝑm ꝙ declaratũ est in rhetoricis. ¶ Et appropriat ꝰ noie q̃bꝫuis sit cõe arti huic: qꝛ iste lib est pnm ⁊ radix totiꝰ istiꝰ artis: ⁊ vocat ps noie totiꝰ: qꝛ ẽ in poa oẽs ptes sicut elntũ est in poa oĩa gnãta ex eo. ¶ Nomẽ auctoris est Ari. filiꝰ Nichomachi sapientissimꝰ grecoꝝ: q cõposuit alios libros i hac arte: ⁊ in logica ⁊ metaphysica: ⁊ ipe iuenit ⁊ ꝯpleuit has tres artes: iuenit: qꝛ qcqd iuenit scriptuz ab antiqs i hac scia nõ ẽ dignũ ꝙ sit ps artis hꝰ: nec pnm nec ãbiguitas ẽt. nedũ ꝙ pncipia eẽnt. ꝯpleuit: qꝛ nlls eoꝝ q secuti sũt eũ vsqꝫ ad ꝰ tps qð ẽ mille ⁊ qngẽtoꝝ ãnoꝝ nihil addidit: nec a iuẽit i eiꝰ vbis errorẽ alicꝰ q̃titatl ⁊ talẽ vtutẽ eẽ i iduiduo vno miraclosũ ⁊ extneũ existit: ⁊ ꝰ dispõ quũ i vno hoie repit: dignꝰ ẽ eẽ dinꝰ magis q̃ hũanꝰ: ⁊ quũ nos ꝯpleuimꝰ capla pcedẽtia ad hũc librũ: ⁊ ꝯpendiose exposuimꝰ illi q vult itellere vba libri hꝰ ad exponẽda vba libri iã ðbemꝰ trãsire.

¶ Aristo.

Uide i cõ. 5. pmi huiꝰ ad finem.

Idẽ i cõ. 4. pmi phy.

Forma pma ⁊ pmꝰ finis a metaphysico ꝯsiderãt. Idẽ i 2. meta. c. 6. Et. 3. met. cõ. 3. ⁊ ita iueni i antiq̊ codice.

Ex hoc vr Cõmẽ. ponẽ felicitatẽ i sciẽtys specĺatiuis. Sꝫ vid opm. 3. de aia com. 36.

Uide ꝑ hoc p celi cõ. 2.

Oppositũ hꝰ vr velle phs 3. ethic. ca. xj.

Uide ꝑ hoc p meta. t. cõ. 5.

Dubium.

Solutio.

Idem ꝑm tuerorũ cõ. p. Et. 4. com. 25.

Idẽ scdo aia p t. 34. Et p ph. 4. Et cla cõ. 57. istas tres assignat.

Uide scdo li com. 35.

Nũo rat indu dyalectic ðmratiua de i scdo rũ. cõ. 23. in. 8. ph.

Cõsilr. 3. com. 68.

a Uide p scdo ce. Et. 12. 14. Et gnõne cõ Et. 3. ð ai 14. Et. 3. theorom vltio in ne media

¶ Aristotelis Stagirite peripatheticorum principis de physico auditu liber primus: ꝛ Auerroys Cordubēsis cōmentaria.

Uoniam qdem intelligere ꝛ scire cōtingit circa omnes scientias quarū sunt principia cause: aut elementa ex horuz cognitione. ¶ Tūc eni opinamur cognoscere vnūquodqꝫ: cum causas primas cognoscimus: ꝛ pricipia prima ꝛ vsqꝫ ad elementa. ¶ Manifestum quidē ꝙ que sunt circa principia sciētie q̄ de nā est prio determinare tētandū.

Uoniam dispositio scientie ꝛ certitudinis in omnib⁹ vijs habentibus principia aut causas: aut elementa: nō acqrit̄ nisi ex cognitiōe istorū. ¶ Credimus enim in vnaquaqꝫ rerum ipsaꝫ scire: cū sciuerimus causas eius simplices: ꝛ prima principia ei⁹: donec perueniamus ad elemēta eius. Manifestum est ꝙ in sciā nāli etiam oportet primo querere determinationem principiorum eius.

Acepit hunc libruꝫ a causa pp quā fuit ꝯsideratio huius scientie in cognitione causarū reruꝫ nāluū. ¶ Et dixit. Qm̄ dispositio .i. qꝛ declaratū est in posterioribus ꝙ dispositio sciētie certe in oībus artib⁹ demonstratiuis ꝯsiderantibus de rebus habētibus vnam quattuoꝛ causarum: aut plures vna: aut oēs non acquiritur nisi ex cognitione cārū. ¶ Et nō intēdebat ꝑ sciam ꝛ certitudinē noīa synonima: ᵃ qm̄ noīa synonima nō vsitant̄ in doctria demonstratiua: sed intēdebat dispōnem scientie certe: ꝛ est sciētia ꝑfecta. ¶ Sciētia enim alia est ꝑfecta: ꝛ est illa que est ꝑ cām: alia est impꝑfecta: ꝛ est illa q̄ est sine causa. ¶ Et intēdebat per vias artes speculatiuas: que dicunt̄ vie: qꝛ ꝯsiderās in eis vadit a determinatis rebus ad res indeterminatas: ꝛ ꝑ res terminatas. ¶ Et dixit. Principia aut cās aut elemēta: qꝛ artiuꝫ speculatiuaꝝ aut suarū ꝑtium sunt q̄daꝫ que ꝯsiderāt de rebus simplicibus carētibus p̄ncipijs: ꝛ hec est dispositio sciē ꝯsiderātis de p̄mis p̄ncipijs cuiuslibet entis. ¶ Et dixit. p̄ncipia aut cās: aut elemēta ꝓpter diuersitatē modoꝝ quattuoꝛ cārum: ꝛ intēdebat ꝑ p̄ncipia in hoc loco cās agētes ꝛ mouētes: ꝛ ꝑ causas fines. ꝛ ꝑ elemēta causas que sūt ꝑtes rei .s. mām ꝛ formā. ꝛ ꝙ hic vtit̄ hoc noīe p̄ncipiū ꝓprie. ꝛ silr̄ hoc noīe cā: qꝛ sunt noīa synonima cuꝫ vsitentur cōiter. ꝛ sic vt mihi videtur exposuit ip̄e Alex. ¶ Et intēdebat Arist. per hunc sermonē docere ꝙ nō oēs artes ꝯsiderāt de oībus causis: sed q̄daꝫ ꝯsiderāt de causa formali tm̄ .s. mathematice: ꝛ q̄dam de tribus causis .s. motore ꝛ forma: ꝛ fine: ꝛ est sciētia diuina: ꝛ quedā de quattuoꝛ causis: ꝛ est sciētia nālis: ꝛ qꝛ hoc nō fuit manifestū in hoc loco: induxit ꝫmonē in forma dubitationis: ꝛ .d. habentibus p̄ncipia aut causas aut elemēta .i. qm̄ idem sequit̄ siue ponat̄ ꝙ ille res habeant p̄ncipia agētia: aut finalia: aut elementaria: aut oīa: ꝛ impossibile est vt hec ꝯiunctio aut sit sicut copulatiua. naꝫ dispositio certe sciētie inuenit̄ in rebus habētibus causas quasdā per sciam illaꝝ causarum: sicut inuenit̄ in habētibus oēs causas. ¶ Et cū posuit hanc ꝓpōnem induxit testimoniū ad verificādū illā: qd̄ fere iduxit in posterioribus analecticis. Et .d. Credimus enim in vnaquaqꝫ rerū ꝛc̄. ꝛ signuꝫ eius qd̄ diximus ꝙ dispositio sciētie certe de aliquo nō acqritur nisi ex cognitiōe cause cui⁹ est: qm̄ oīs q dicit se scire aliqd: nō dicit hoc nisi qn̄ sciuerit illd̄ ꝑ suas oēs causas ꝓpinquas ꝛ remotas: ꝛ hoc inuenit̄ in omni q aliqd scit in veritate: aut ꝫm existimationem: ꝛ ꝙ in ista ꝓpōne ꝯueniūt oēs ꝯsiderātes adeo ꝙ ēt sophiste. vt dixit in posterioribus. ¶ D .d. cū sciuerimus causas eius simplices: ꝛ ītendit vt videtur causas existētes in re p̄mas non cōpositas: ꝛ sunt prima mā: ꝛ vltima forma. que eniꝫ sunt p̄ter p̄mā materiam ꝛ vltimā formā cuiuslibet rerū nālium: sunt materie cōposite: ꝛ forme cōposite. ¶ Et .d. Et p̄ᵒ p̄ncipia. ꝛ intēdit hic vt videt̄ per p̄ma p̄ncipia: primas causas que sunt extra rem .s. primū agens. ꝛ vltimuꝫ finē oīum rerū. ¶ D .d. Donec ꝑueniamus ad elīta eius: ꝛ intēdit hic ꝑ elemēta causas existētes in re ꝓpinquas ꝛ eēntiales. ¶ Et ᵃ inuit per hoc qd̄ dixit: ꝙ doctrina ordinata est icipere a cognitione causarum p̄marum rei cognoscēde ꝑfecte. Deinde intēdere ad cognitionē aliaꝝ causarum remotarū ꝫm ordinē: donec ꝑueniat̄ ad causas ꝓpinquas. ¶ Et ꝫm hoc vtit̄ hic h̄ noīe causa: ꝛ elemētuꝫ alio mō ab eo quo vsus est illic prius ꝫm suū morē in habēdo modicaꝫ sollicitudinē de noībus. ¶ Et cū posuit hāc maiorē ꝓpositionē in hoc sermone .s. dicente ꝙ scīa certa de reb⁹ habētibus causas ꝛ elemēta nō acqrit̄ nisi ex cognitione causaꝝ ꝛ elemētoꝝ eoꝝ: dimisit minorē ꝓpōnem: ꝛ induxit ꝯclusionē quā intēdit ꝑ hūc ꝫmonez. ꝛ dixit. Manifestū est ꝙ in scīa nāli ꝛc̄ .i. manifestū est: qm̄ ex hoc sequitur ꝙ qui vult largiri scientiam de natura oportet ipsum prius querere dterminationem causarū rerum naturalium habentium causas ꝛ elementa. ¶ Et iste sermo cōponitur sic.

¶ Omnia naturalia habent causas ꝛ elementa.

¶ Et omnia habētia causas ꝛ elementa non sciuntur nisi ex cognitione causarum ꝛ elemētorum.

¶ Ergo omnia naturalia non sciuntur nisi ex cognitione suarum causarum ꝛ elementorum.

¶ Innata est aūt via ex notioribus nobis ꝛ certiorib⁹ in certiora nāe ꝛ notiora. ¶ Non enim sunt eadeꝫ nobis nota ꝛ simplr̄. vnde quidem necesse est ꝫm hunc modū ꝓcedere ex incertioribus nature: nobis autē certioribus in certiora nature ꝛ notiora.

¶ Et via ad illa est de reb⁹ notioribus ꝛ manifestioribus apud nos ad res: q̄ sunt mani-

Margin notes:

a Noīa sinōima n̄ vsitāt̄ i doctrina demonstratiua. Idē .4. ph. c.cxxix. Et p̄ celi. c. primo. Q̄uo nomia synonia vsitari q̄ant i doctria d̄mr̄ati ua. Uide pulchre Auer. i c.45. quarti physi.

Distinctio scientie.

Uide cō.31 3. celi.

Uide ꝑ hoc 5. met. cō. 4. Et .12. meta. ꝯ. xxiij. vr̄ ex ꝑte sibi ꝯdicere. Sciencia diuina de trib⁹ causis ꝯsiderat. Uide oppositū. 3. me. c. 3. Et xij. meta. c. 6. vbi dic̄ ꝙ duas. Uid̄ scd̄o met. cō. 6. vbi dicit ꝙ ꝯsiderat q̄tuoꝛ genera cāꝝ ꝛc̄.

Idem .3. celi tex. com. 30.

Primo posterioꝝ. t. c. 5.

Uid̄ ꝯsil̄e. 2ᵒ ph c. 10. Et p̄ ce. c. p̄ Et .5. meta. c. xxix. Et p̄ phy. c. sij.

Oppositum xij. met. ꝯ. 6. Et .3. met. ꝯ. 3. vbi h̄r̄ ꝙ vltim⁹ finis oīum rerum a metaphysico ꝯsideratur.

a Uide consimile. 8. me. c. xij. Et i. 2ᵒ phy. cō. 72. ꝛ .38.

Q̄uo liceat vti v̄bis equiuocī i doctrina demōstratiua. Uide .3. de aīa cō. xx.

festiores in nã. ℂ Illa enim que sunt cognita apud nos nõ sũt illa q̃ sũt cognita simpl'r. Et ideo necesse est ꝑ hãc viã ⁊ venire de rebus: que latẽtiores sunt apud nãz ⁊ manifestiores apud nos: ad res q̃ sunt manifestiores ⁊ notiores apud naturam.

2 ℂ Et via. Cũ declarauit ꝙ opz nãlẽ largiri cognitionem cãrum ⁊ elemẽtoꝝ: incepit declarare viã inducentẽ ad cognitionẽ cãrum reruz nãlium. s. nãm demonstrationũ largiẽtiũ cãs rerũ nãliuz. ℂ Et. d. Et via est ad illa. i. ⁊ via inducẽs ad cognitionẽ cãrum reꝝ nãlium est de ꝓpõnibus acceptis ex reb⁹ posterioribus in eẽ q̃ sunt notiores ⁊ manifestiores apud nos ad ꝯnes p̃ores in esse q̃ sunt notiores ⁊ manifestiores apud nãz ⁊ latẽtiores apud nos: ⁊ est modus demr̃ationũ q dr̃ signũ. ℂ Et cũ declarauit nãm demonstrationis: qua vtit̃ in h̃ cãm dedit. ⁊ dixit. Illa enim q̃ sunt cognita apud nos ⁊c. i. ⁊ cã in hoc ꝙ via ꝑ quã itur in hac scia dz esse a reb⁹ posteriorib⁹ in eẽ ad p̃ores in eẽ: q2 illa q̃ sunt cognita apud nos in rebus nãlibus nõ sunt illa q̃ sunt cognita simpl'r. i. nãliter: qd̕ est ꝯriũ in mathematicis. illa eniz q̃ sunt cognita in illis simpl'r: ⁊ sunt cause p̃ores in eẽ sunt cognita apd̕ nos. ℂ Q2 igr̃ nãl'r imus de scito apd̕ nos ad ignotũ: si ꝯtigerit vt notuz apd̕ nos sit notũ apud nãm. tũc demr̃atiões date i hac scia erũt dmr̃atiões cause ⁊ eẽ: ⁊ si ꝯtigerit vt nota apud nos nõ sint nota apud nãm: que nõ sunt p̃ora in eẽ: s3 posteriora: tunc demr̃atiões date in hac scia erũt de numero signoꝝ nõ demr̃atiões simpl'r. ℂ Et cum notificauit ꝙ via in hac scia est incipere a reb⁹ notis apud nos: ⁊ intendere res notas apud nãz ⁊ ignotas apud nos: ⁊ ꝙ impossibile est aliter icedere in hac scia icepit declarare ꝙ ꝑ hãc viã opz in hoc libro ire. s. ꝙ opz ip3 ꝯsiderare de hoc ex reb⁹ cognitis apud nos ꝓcedendo ad res cognitas apud naturam que sunt cause quesite. Et. d. Et ideo oportet nos ⁊c. ℂ Deinde demonstrauit que sint illa que sunt cognita apud nos ⁊ latẽtiora apud naturam: ⁊ que sunt illa que sunt cognitiora apud naturam ⁊ ignota apud nos.

Margin: Idẽ. 2. d̕ aia t. cõ. 12. ⁊ 33. Idẽ ifra i h̃ p̃. t. c. 57. Et 7. met. t. c. 10. Et. 3. ce. c. 61.

Margin: Idẽ. 7. met. c. 10. Et. 3. ce. cõ. 61. Et p̃ d̕ aia cõ. 10.

Margin: Documẽtuz Hic pz qd sit dmr̃atio simpl'r ⁊ qd signi demõstratio. Vide ꝯsimile scd̕o ce. c. 35. Et ibi ẽt iuenies quid sit demr̃atio cãe tm̃ seu pp qd Vid̕ ꝓ hoc ẽt 8. phy. c. 65. ex^m ꝯueniẽs de demr̃atione cãe tm̃.

ℂ Sunt aũt primũ nobis manifesta ⁊ certa cõfusa mgis: posterius aũt fiunt ex his nota elemẽta ⁊ principia nobis diuidẽtib⁹ hec.

ℂ Et illa q̃ primo sunt apud nos euidentia ⁊ manifesta sunt mixta. s. ꝯposita ꝓprie. deinde in postremo efficiuntur nobis ex istis elemẽta: ⁊ principia manifesta.

3 ℂ Et illa. Dicit ⁊ illa que sunt cognita apud nos p̃mo de reb⁹ nãlibus sunt cõposita cãta ab elemẽtis: ⁊ illa que sunt ignota apud nos natural'r sunt cause cõpositoꝝ. s3 possibile est ex rebus cõpositis. i. ex ꝯsequẽtibus eaꝝ cognoscere causas: adeo ꝙ ex hoc erũt note ille cause: ex qbus cõponunt̃. cause ãt sunt notiores apud nãz: q2 nã facit cõposita ex causis. vñ videt̃ ꝙ cause sunt notiores apd̕ illã sicut est dispositio in rebus artificialib⁹ cũ artifice. s. ꝙ cause sunt cognitiores apud illũ. si igit̃ nos ageremus res naturales: tũc cause essent notiores apud nos: s3 q2 nos nõ habem⁹ agere eas: ideo dispositio in eis apud nos est contraria dispositioni in rebus artificialibus.

Margin: Cõposita sũt notiora apud nos q̃3 sue cause. Idem. 3. celi. cõ. 61.

Margin: Qr̃ cãe nãe notiores?

ℂ Unde ex vniuersalib⁹ in singularia opz ꝓcedere. ℂ Totũ enim ƀm sensuz notius est. vniuersale aũt totum qd̕dam est. multa eni comprehẽdit vt partes vniuersale.

ℂ Et ideo opz nos intẽdere ⁊ procedere de rebus notis vl'ib⁹ ad ꝑticulares. ℂ Uniuersum eni notius est in sensu: ⁊ vniuersale est aliquod vniuersum. vniuersale enim continet res plures tanq̃3 partes.

Margin: Cõtradicti[…] h̃ ⁊ i. 2. post[…] t. cõ. 21. q2[…] dr̃ ꝙ a sing[u]larib⁹ ad vl[…] oz ꝓcedere[…]

ℂ Et iõ. Cũ declarauit ꝙ cã pp quã d̕bem⁹ ire in hac scia de posteriorib⁹ ad p̃ora est: q2 semꝑ debemus ire de illo qd̕ est notũ apud nos ad illud qd̕ est ignotum apud nos. narrauit ꝙ pp hãc cãz. s. ire de notiori apd̕ nos ad latẽtius opz incipere in ordine doctrine a cognitiõe cãrum vl'ium ⁊ accidẽtiũ vniuersaliũ. ℂ Et dixit. Et iõ opz ꝓcedere ⁊c. i. ⁊ cã pp quã fuit nec̃e vt demr̃ationes hui⁹ scie fuerint signa: ⁊ ẽ ire de notiori apud nos ad latẽtius: opz ẽt nos ꝓcedere in doctrina de reb⁹ vl'ibus ad ꝑticulares. ℂ Et intẽdit ꝑ vniuersalia vl'issima q̃ pñt iueniri i istis reb⁹ reꝝ nãliũ: sc3 de causis ⁊ accñtibus: qm̃ q̃3to magis vl'e fuerit cõius: tãto magis ꝯtinebit. ℂ Et ex h̃ ƀmone declarat̃ ꝙ intẽtio isti⁹ libri est loq de reb⁹ vl'ib⁹ cõib⁹ oĩbus q̃ ꝯstituunt̃ ꝑ nãm. ℂ Et cũ. d. ꝑticularia: nõ intendit idiuidua: s3 vltimas spẽs: aut illa q̃ sũt q̃si vltime spẽs. ℂ Et cũ declarauit modũ ordinatiõis doctrine in hac scia: ⁊ ꝙ oz ꝓcedere de illo qd̕ ẽ magis cõe ad illud: qd̕ est magis ꝓpriũ: q2 illud qd̕ ẽ magis cõe est noti⁹: queadmodũ via demr̃atõis in hac scia ꝑ hãc cãz nec̃e fuit ire de posteriorib⁹ ad p̃ora: icepit dare cãz pp quã fuit nec̃e vt vl'e intelligibile vl'r sit notius particulari qd̕ est sub illo. ⁊ dixit. Uniuersuz. n. ⁊c. i. ⁊ res vl'es sunt notiores apud itell'm q̃3 ꝑticulares. s. spẽs: q2 vl'e assimilat̃ idiuiduo cõposito: ⁊ cõpositũ est noti⁹ apud sensuz. i. queadmodũ igit̃ istud vniuersum qd̕ est noti⁹ apud sensuz: qd̕ est p̃n^m fidei q̃3 simplicia q̃ sunt cãe illi⁹ vniuersi. s. demõstrati. ⁊ sil'r vl'ia sunt notiora apud itell'm q̃3 ꝓpria. vl'e. n. est aliqd̕ vniuersuz cũ ꝯtineat multa. q2 igr̃ ita se h3 ad itellectũ sicut cõpositũ ꝑticulare ad sensuz. iõ dispõ vl'is apud intell'm est dispõ ꝑticularis apud sensum. cã igit̃ in hoc ꝙ vie demonstrationũ in hac scia sunt de compositis ad simplicia: ⁊ in hoc ꝙ p̃ncipium doctrine est de reb⁹ vl'ib⁹: est qm̃ vniuersum demr̃atuz est notius apud sensum q̃3 ꝑtes eius: ⁊ vl'e est notius apud itell'm q̃3 ꝓpriũ. ℂ Et cũ declarauit ꝙ vl'e assimilat̃ vniuerso cõposito demr̃ato dedit modũ silitudinis: ⁊ dixit. vniuersum eniz ꝯtinet multas sic̃ ꝑtes: vl'e enim cõtinet multas spẽs que sunt sub eo: ⁊ sunt sicut ꝑtes reꝝ cõpositarum indiuidualium.

Margin: Que sint […] vl'es oĩb⁹ […] lib⁹ cões. […] de in ꝓlog[…] Cõ. q̃ sit […] bri intẽtio […] de ibidẽ. […] 3. celi. cõ. […]

ℂ Sustinẽt aũt idem quodãmõ hoc: ⁊ noĩa ad rõnẽ. totũ enim qd̕daz ⁊ indistincte significat: vtputa circulus: diffõ aũt ipsius diuidit in singularia. ℂ Et pueri primuz appellant oẽs viros patres ⁊ feminas matres: posterius aũt determinãt hoꝝ vnũqd̕q̃3.

ℂ Et iã accidit h̃ idez quoquo mõ in noĩbus apud diffõnes: sign̄ant eni aliqd̕ vniuersuz nõ determinatum. V. g. hoc nomẽ circulus diffinitio eius distinguitur per particularia.

ℂ Et puer existimat in principio oẽm virũ

quem

quem videt esse patrem eius: ⁊ omneʒ mulier eʒ esse matrē eius. Deinde in postremo distinguit: ⁊ determinat vtrūqꝫ.

5. ¶ Et iā. Cuʒ declarauit cāʒ ꝑꝑ quā vle est notiꝰ ꝑticulari qd̄ ē sub eo: icepit docere ꝙ ꝑꝑ hāc cām illud qd̄ sig̃nat nomē ē notiꝰ apd̄ nos q̄ꝫ illō qd̄ sig̃nat diffō. s. apd̄ itellm̄. ¶ Et. d. Et accidit silr̄ h idē ⁊c̄. i. ꝑꝑ hāc cām accidit silr̄ eis q̄ significāt noīa apd̄ illa q̄ significāt diffōnes. s. qm̄ iᵃ q̄ sig̃nāt noīa sūt notiora eis q̄ꝫ que sig̃nāt diffōnes. D. d. Et sig̃nat aliqd̄ vniuersum ⁊c̄. i. ⁊ cā in h ꝙ noīa sunt notiora diffonibꝰ est: qm̄ nomē sig̃nat aliqd̄ vniuersuʒ: ⁊ ē spēs noīata: ⁊ illud vniuersum nō ē distictū: vt h nomē circulus qd̄ sig̃nat vniuersuʒ nō distinctū: diffō vō eiꝰ q̄ est figura plana itra quā est pūctus a q̄ oēs linee exeūtes ad circūferētiā sunt eq̄les: ē vniuersuʒ distinctū ⁊ determinatū ꝑ elēnta ex q̄bꝰ ꝯstituit̄ circulꝰ. s. genꝰ ⁊ dr̄ia: ⁊ h intēdebat. cuʒ dixit. determinat̄ ꝑ ꝑticularia: vocat. n. elēnta spēi ⁊ cās ꝑticularia i respectu vniuersi. ¶ Et. d. quoquo mō: qm̄ illa q̄ sig̃nant noīa. s. noīa spēꝝ assimilant̄ vli inq̄ꝫtū ꝯtinet cās ex q̄bꝰ ꝯstituit̄ spēs: ⁊ dr̄nt ab eo i eo ꝙ vle ꝯtinet spēs. vle igit̄ ē aliqd̄ vniuersuʒ spēꝝ: ⁊ illd̄ qd̄ sig̃nant noīa ē aliqd̄ vniuersuʒ in cās ex q̄bꝰ ꝯstituit̄ spēs. vniuersuʒ vō in rei vitate est iduiduū ꝯpositū demr̄atū: ⁊ silr̄ ꝑtes i veritate q̄ sūt ꝑtes iduidui: ⁊ sūt ille de q̄bꝰ dixit: ꝙ sūt notiores i sensu q̄ꝫ cāe: ⁊ ex h ꝙ istud vniuersuʒ ē notius apd̄ sensuʒ causis ē cā in h ꝙ vniuersa itellecta sunt notiora apud itellm̄ q̄ꝫ sue ꝑtes itellecte: siue ille ꝑtes sint spēs aut cāe. ⁊ silr̄ h ē cā in h ꝙ res posteres in eē. s. accn̄tia sūt notiora apud nos q̄ꝫ cāe. ¶ Et q̄ret aliq̄s ꝙ h qd̄ dixit: ⁊ illa q̄ sunt apud nos euidētia ⁊c̄. ⁊ h qd̄ dixit post. ⁊ accidit h ideʒ in nominibꝰ apd̄ diffōnes sūt idē: qm̄ ipoſle ē ipm̄ itelligere ꝑ res mixtas ꝯpositas iduidua demr̄ata: cū ex istis nō ꝓcedat̄ ad elēnta ⁊ p̄nᵃ itellecta: nō. n. sūt ꝑtes sylli: sʒ ꝓcedit̄ ad illō ex spē ꝯposita nō ex iduiduo. ḡ ista ē dispō spēi apud suas cās: ⁊ dispō eiꝰ qd̄ sig̃nant noīa apd̄ qd̄ sig̃nant diffones: q̄uo igr̄ posuit h aliū moᵐ: ¶ Ad h āt dicamꝰ ꝙ i p̄ ꝫmōe fec̄ ꝯpōnē iter spēs ⁊ suas cās ꝫʒ fidē. ⁊ dixit ꝙ spēs ꝯpoᵗᵉ apd̄ nos sunt notiores suis cāis. ⁊ ꝙ ex istis spēbꝰ ꝓcedimꝰ ad cognitiōeʒ cāꝝ mediātibꝰ accn̄tibꝰ exn̄tibꝰ i eis: i h āt ꝫmone fecit ꝯpōnē iter spēs ⁊ cās suas ꝫʒ imagiationē: ⁊ dixit ꝙ illud qd̄ sig̃nant noīa sunt notiora apud nos q̄ꝫ illō qd̄ sig̃nant diffōnes. ¶ Sūt igr̄ tres modi cōpōnis. s. ꝯpō spēi ex suis causis: ⁊ ꝯpō gn̄is ex spēbꝰ: ⁊ vtraqꝫ istaꝝ cōpōnuʒ est notior apud itellm̄ q̄ꝫ ꝑtes. Tertia āt cōpō est ꝯpō iduidui ex suis ꝑtibꝰ. s. ᵃque sunt ꝫm sui q̄litatē: ⁊ ista ꝯpō est notior apud sensuʒ q̄ꝫ ꝑtes: ⁊ ex eo ꝙ ista ꝯpō ē notior apd̄ sensuʒ. iō illi duo modi ꝯpōnis sunt notiores apd̄ itellm̄. ¶ Et iō nō est remotū ipm̄ itelligere ꝑ h qd̄ dicit: ⁊ illa q̄ sūt apud nos manifesta sūt mixta ꝯposita ꝫm duos modos ꝯpōnis. s. ꝯpōnē indiuidui ⁊ ꝯpōneʒ spēi: indiuiduū. n. ꝯposituʒ lʒ nō sit p̄nᵐ in doctrina demr̄atiua: tn̄ est p̄nᵐ acq̄sitiōis vlis qd̄ est p̄nᵐ doctrine demr̄atiue. ¶ Et cū declarauit ꝙ cōe est notius apud nos ꝓprio: queādmodū cōposituʒ est notius simplicibus suis dedit testimoniū suꝑ hoc ⁊ dixit. Et puer existimat ⁊c̄. i. signū eiꝰ qd̄ cōe est notiꝰ apud nos nālr̄ q̄ꝫ ꝓpriū est: q̄r videmꝰ ꝯprehēsionē cōeʒ p̄cedere tp̄e in infantibus ꝓpriā ꝯprehēsionē. infans eni in p̄ncipio ꝯprehēsionis existimat oēm virū eē patrē: ⁊ oēʒ mulier eʒ esse mr̄eʒ: ⁊ cū vigorat̄ itellr̄s suus cognoscit patrē iter ceteros viros: ⁊ mr̄em iter ceteras mulieres. ¶ Iste igit̄ est ꝓlogus libri: ⁊ ꝯtinet intētioneʒ: ⁊ ordinem eius: ⁊ modū doctrine demr̄atiue.

Idē. xij. meta. cō. xxvij. ⁊ j. de gn̄atiōe com. 59.

Questio.

Prima solō

Tres modi ꝯpōnis.

a Que sint ꝑtes ꝫʒ q̄litateʒ. Uide. 4. ph. cō. xx. Et 3. celi cō. xij.

Scdā solō.

Uide ꝑ hoc i scdo posteriorum in fine.

Honius apud nos natr. :~ :~ :~

Ecesse est aūt aut vnū eē principiū aut pl̄a. ⁊ si vnuʒ: aut immobile sic̄ dicunt ꝑmenides ⁊ melissus: aut mobile sicut physici. hi q̄dē aerē asserentes esse. alij vō aquā primū principiū. si aūt plura: aut finita aut ifinita: ⁊ si finita: pl̄a aūt vno: aut duo: aut tria: aut q̄tuor: aut ꝫm aliquē aliū numerū: ⁊ si ifinita: aut sic ē sicut dixit Democritus genus vnuʒ: figura vō aut specie: aut differētia: aut ꝯtraria.

¶ Et opʒ necio: vt principiū sit vnū: aut pl̄a vno. Si vnū: aut imobile vt dicunt ꝑmenides ⁊ melissus: aut mobile vt dicunt nāles: q̄dā. n. dicūt ꝙ primū principiū est aer: q̄dā aūt aqua. Si vō principia fuerint pl̄a vno: aut erūt finita: aut ifinita. Si igit̄ fuerit pl̄a vno: sʒ finita: aut erūt duo aut erunt tria aut quatuor aut alterius numeri necessario quicūqꝫ sit. Si autē infinita: aut erūt sicut dixit Democritus eadē in gn̄e: sʒ i figura ⁊ in forma diuersa: aut erūt cū hoc ꝯtraria.

Finito ꝓlogo icepit ꝑscrutari de p̄ncipijs cōibꝰ oīuʒ reꝝ. ¶ Et dixit. Et oʒ necio ꝫʒ nām diuisiōis vt p̄nᵐ exn̄s in re sit vnū aut plura vno: ⁊ si aliq̄s posuerit p̄nᵐ esse vnū: aut erit nō trāsmutabile vt dicūt ꝑmenides ⁊ melissus q̄ dicūt nō nālr̄: q̄r negāt trāsmuᶜᵐ ⁊ motū: aut trāsmutabile: vt dicūt nāles. s. q̄ nāliter loquunt̄: ⁊ ꝫʒ nām diuisionis deberēt dicere. ⁊ si vnū aut erit finitū: aut ifinitū: vt dicūt ꝑmenides ⁊ melissus. sʒ īnuit hāc diuisionē pluriū p̄ncipioꝝ finita ⁊ infinita. ⁊ dixit. Ut dicūt ꝑmenides ⁊ melissus. i. si imaginati fuerimus ꝙ ꝑmenides ⁊ melissus vtant̄ hoc noīe ens ꝓ p̄ncipio: isti. n. nō dixerīt p̄nᵐ eē vnū īmobile: sʒ ens eē vnuʒ īmobile. ⁊ sic pōt q̄s itelligere ipm̄ ens nō p̄nᵐ entis. ⁊ est ꝯueniētius vt dicet post. qm̄ si vtunt̄ h noīe ens ꝓ p̄ncipio: tūc non pn̄t dicere ens eē vnū: qm̄ p̄nᵐ hʒ in se duo ipsuʒ p̄nᵐ: ⁊ illō cuiꝰ est p̄nᵐ. ¶ Et cū iduxit modos quos pōt dicere. q̄ dicit p̄nᵐ eē vnū: reuersus est ēt ad numerādū oēs modos quos pōt dicere dicēs p̄nᵃ eē pl̄a vno. s. p̄nᵃ que sunt in re. ⁊ dixit. Et si p̄nᵃ fuerint plura vno ⁊c̄. i. si qm̄ fuerint finita: necio hn̄t nūeꝝ dtermiatū. ¶ D. d. Et si ifiᵗᵃ ⁊c̄. i. ⁊ si ifiᵗᵃ: aut erūt eadē in gn̄e: diuersa in forᵃ ⁊ figura: aut diuersitate ꝯria: aut nō ꝯria. s. ifinita: aut erūt eadē i spē: diuersa i q̄ꝫtitate vt dicebat Democritus: sʒ īnuit h ꝯdiuidēs ꝑ p̄ᵐ: vt est suus mos in abbreuiatione: multitudo. n. aut ē rerū ꝫm formā: aut ꝫm q̄ꝫtitatē. ⁊ has duas multitudines dixerunt antiq̄ de principijs: ⁊ tacuit diuisionem plurium p̄ncipioꝝ in motuʒ ⁊ in getem: nullus enim dixit plura principia quiescentia esse: aut q̄r cōtentus est hac diuisione in primo principio.

¶ Silr̄ aūt querūt: ⁊ q̄ sunt querētes: quot sunt ex quibus sunt que sunt querūt primū

6.

Tex. cō. 8.

Cōposicio triplex

Multitudo aut est reꝝ ꝫʒ formā: aut ꝫʒ q̄ꝫtitatē. Idē 3. met. t. c. xj.

hoc: vtrum vnū aut plura sint: ⁊ si multa: aut finita aut infinita: quare principiū ⁊ elementum querunt vtrum vnū aut multa.

¶ Et eodē mō querūt illi q̄ querūt de entib⁹ quot sunt: prius eniꝫ q̄ꝫ ꝑscrutent̄ de illis ex q̄bus sunt entia ꝑscrutant̄ de eis vtrum sint plura aut vnū. Et si plura: vtrū finita aut infinita: ⁊ sic erit ꝑscrutatio eoꝝ: ⁊ ō pn̄cipio ⁊ de elemētis: vtrū sint vnū aut plura.

7. ¶ Et eodē. Et in hunc modū inq̄sitionis diuidit̄ perscrutatio eoꝝ qui ꝑscrutant̄ de entibus quot sint: ⁊ sunt illi q̄ vtunt̄ hoc noīe ens pro hoc noīe pn̄cipiū: existimāt enim pn̄cipia eē entia: qꝛ solūmodo ꝑcepe runt mā̄le pn̄cipium ⁊ nō formale: quare nō fecerūt dr̄iam inter pn̄cipiū ⁊ ens. isti eniꝫ ꝑscrutant̄ de entibus vtrū sint vnū aut plura: qꝛ intendūt ꝑ hoc nomē ens pn̄cipiū: ⁊ sic ꝑscrutatio eoꝝ in nihilo differt a ꝑscrutatione de elemētis vtrum sint vnū aut plura: cum nō differāt nisi in voce tm̄. ¶ Deinde dixit. Qm̄ ex hoc ꝙ ꝑscrutant̄ de illis ex q̄bus ⁊c̄. i. qm̄ isti ex ꝑscrutatione sua de rebus que sunt pn̄cipia entiū ꝑscrutant̄ primo de entib⁹: vtrū sint vnū aut plura. ⁊ si pl̄a: vtruꝫ finita aut īfinita: ⁊ sic ꝑscrutatio eoꝝ de ente vtrū sit vnū aut pl̄a: eadē est cū ꝑscrutatiōe de pn̄cipio aut elemēto: vtrū sint vnū aut plura.

Antiq̄ ꝑcepe rūt solū mā̄le pn̄ᵐ n̄ fo̅rale. Jdē. ij. phy. c. 9. Jdē. ij. ō aīa. c. 36. Et 8. cō. 7. met.

¶ Jd q̄dē igit̄ si vnū ⁊ imobile sit qō est intēdere nō de nā est intēdere. ¶ Sic. n. geometre nō ampli⁹ rō est ad destruenteꝫ principia sua. Sed aut alteri⁹ est scie: aut oībus cōis: sic neqꝫ ei q̄ de principijs. Nō amplius principium est: si vnū solum: ⁊ sic vnū est: principium eni cuiusdā aut quorūdam est.

Lr̄a argyropili clarior. Considerat̄ igr̄ siue qō ē: vnū sit: atqꝫ imobile: n̄ ad nālē physicū ꝑtinet ⁊c̄.

¶ Et dico nūc ꝙ ꝯsideratio de ente: vtrū sit vnū imobile: nō est ꝯsideratio nālis. Quēadmodū igit̄ geometra nō hꝫ disputationeꝫ cuꝫ eo q̄ negat principia geometrie. Sꝫ loq̄ de hoc spectat ad aliā sciaꝫ a geometria: aut ad sciaꝫ cōem oīb⁹ sciētijs. Silr̄ nālis nō hꝫ loq̄ i p̄ricipijs an sint. Nō. n. erit ħ p̄ricipiū. oīno si fuerit vnū tm̄: ⁊ fuerit h⁹ vnū. Pricipiū. n. est alicui⁹ p̄ricipiū: aut aliquoꝝ.

8. ¶ Et dico. Cū dixit ꝙ illi q̄ vtunt̄ hoc noīe ens ꝑ pn̄cipio nō differt perscrutatio eoꝝ. s. vtrum ens sit vnū aut plura a ꝑscrutatione eorum q̄ perscrutat̄: vtrum pn̄cipium sit vnū aut plura: incepit dicere ꝙ illi qui vtunt̄ hoc noīe ens pro ipso ente: ⁊ nō pro pn̄cipio dicentes ipsum esse vnū ⁊ imobile: multū distāt ab eis qui vtunt̄ hoc noīe ens pro pn̄cipio. ꝯsideratio enim istoꝝ est nālis: illoꝝ vō nō nālis. ¶ Et dixit. Et dico nūc ⁊c̄. i. ꝯsideratio nūc de ente: vtrū sit vnū aut plura. ⁊ mobile aut imobile: qm̄ hoc nomen ens nō significat ipsum pn̄cipiū est ꝑscrutatio inālis. ¶ Deinde dicit cāꝫ. quēadmodū igit̄ geometra ⁊c̄. i. q̄ dicit ens vnū eē ⁊ imobile negat pn̄cipia que ponit nālis. s. naturalia plura eē ⁊ mobilia ⁊ habētia pn̄cipia. i. cōposita. nā posito ente esse vnū nō erit illic pn̄cipium oīno: ⁊ silr̄ [a] motu ablato n̄ erit illic pn̄cipiū mouēdi. s. nā. ⁊ tm̄ qui hoc ponit negat pn̄cipia posita a natura.

a Motu ablato aufertur nā. Jdeꝫ. 2. phy. 71. ⁊ infra in hoc ꝑ. xj. ⁊. 8. phy. 22. ⁊. xxiij.

li: rectum est vt cū eo nō sit disputatio: quēadmodū geometra nō disputat cum negātibus pm̄a principia geometrie: sed loqui cum h⁹ hoībus ꝑtinet ad aliaꝫ sciam: aut ꝓpriam aut cōem oībus scientijs. s. pm̄am ph̄iam aut artem disputādi. ⁊ dixit: silr̄ nālis nō hēt loqui de pn̄cipijs. i. silr̄ aut de principijs notis per se nō oꝫ loq̄ in hac scia: aut si fuerit erit alterius a nāli. ¶ N. n. nō enim erit hic ⁊c̄. i. ꝯm eni sermonē dicentis. ens eē vnū ⁊ imobile: nō erit hic pn̄cipium oīno: neqꝫ cā rerū nālium. si eni est pn̄cipiuꝫ est illud cui⁹ est pn̄cipiū: quare ens nō erit vnū sꝫ plura vno. Qui igit̄ dicit ens eē vnū ⁊ imobile negat pn̄cipia cognitionis: ⁊ pn̄cipia ei⁹ qō est eē ⁊ cognitionis. entia eniꝫ esse plura ⁊ mobilia est de pn̄cipijs cognitiōis in hac scia: entia aūt nālia habere pn̄cipia q̄ sunt cause motus ⁊ gn̄ationis in eis est pn̄cipiū cognitiōis ⁊ esse: ħ igit̄ nomen pn̄cipiū vsitat̄ hic pro ambob⁹ modis. ¶ Et exposuit modū in quo seq̄tur ꝙ dicēs ens eē vnū negat pn̄cipiū eēntie ⁊ cognitiōis. ⁊ tacuit moduꝫ ex q̄ ꝯtingit dicēti ens eē vnū negare pn̄cipia cognitionis ⁊ est pluralitas ⁊ motus. nam q̄ negat pn̄cipiū: negat pluralitatē ⁊ motum. pn̄cipiū eniꝫ est causa vtriusqꝫ. ¶ Et dixit. nō erit hic ⁊c̄. ꝯꝫ eni dicēteꝫ ꝙ ens ē vnū intēdēdo simplex nō erit hic pn̄cipiū oīo: qꝛ pn̄cipiū exigit cōpositionē ⁊ pluralitatē: ⁊ dicere ens eē vnū exigit cōtrariū: nō igit̄ erit hic pn̄cipiuꝫ si ens fuerit vnuꝫ hoc mō. s. simplex: ⁊ hoc intēdebat cum dixit. ⁊ fuerit vnum h⁹. i. ⁊ fuerit simplex.

Que sit cōis oīb⁹ [...] tijs q̄ dis[...] re hꝫ ꝯ [...] tes pn̄ᵃ [...] sciaꝝ p̄ri[...] r. uꝫ Aldi[...] ce. c. 4. E[...] phy. cō. x[...]

Qui ne[...] pn̄ᵐ ne[...] plitatē ⁊ m[...] t. i. pn̄ᵐ. n[...] cā vtriusq[...] qūo pn̄ᵐ[...] cā mot⁹. [...] 5. met. t. c[...] ex distincti[...] sua. sed est[...] plitatis p[...] am relatio[...] ad princip[...] tum ⁊c̄.

¶ Silr̄ igit̄ itēdere ē: an sic vnū est: ⁊ ad aliā pōnē q̄ꝫlꝫ disputare. V. g. ad dcā aut heraclitana: aut si q̄s dicat hoīeꝫ vnū qō ē eē.

¶ Et ꝑscrutari de vno si fuerit h⁹ est silr̄ ad loq̄ in ꝯdictione alterius positiōis quecunqꝫ sit positionuꝫ: que solūmodo sunt ex eis que simplr̄ dicunt̄ v̄bis: vt ꝯmo heracliti: aut ꝯmo dicētis ens esse vnū hoīem.

¶ Et ꝑscrutari. Hec ꝑscrutatio de ente vtrū sit vnuꝫ aut nō vnū: aut loq̄ de ħ silr̄ est cū loq̄ ⁊ ꝑscrutari de aliqua positiōe falsa q̄ nullā hꝫ rōnē: sed solūmō v̄r verbis: vt sermo heracliti ꝙ oīa sunt mobilia: aut sermo dicētis: oīa entia eē vnū hoīem demr̄atuꝫ: nō. n. est dr̄ia inter sermonē dicētis oīa esse vnū: ⁊ dicentis oīa esse vnū equum: aut oīa eē vnū hoīem.

Lr̄a Ar[...] Silr̄ ē ita[...] si hoc mō[...] vnū ꝯside[...] re ⁊ ō alia[...] uis pōne q̄[...] ferere q̄ f[...] nis cā ꝺr[...] lis est hera[...] ti vel quis[...] id qō est v[...] hoīem esse[...] xerit.

9.

¶ Aut soluere litigiosam rationē quod sane vtreqꝫ quideꝫ habent rationes: ⁊ melissi ⁊ parmenidis: ⁊ enim falsa accipiunt: ⁊ non syllogizātes sunt. ¶ Magis aūt melissi opinio onerosa est ⁊ nō habens defectum: sed vno inconuenienti dato alia cōtingunt: hoc autem videre nihil est difficile.

Vno īcōue[...] enti dato al[...] ꝯtigūt. Jd[...] infra. tex. [...] xxij.

¶ Et assimilant̄ cuidam sermoni sophistico ⁊ hoc inuenitur in vtroqꝫ sermone. s. melissi ⁊ parmenidis: accipiūt enim falsa ⁊ qō nō seq̄tur syllogismo: sed sermo melissi est magis vanus ⁊ nō est in hoc dubium: concessit eni in eo improbabile: ⁊ induxit super ipsum residuos sermones.

¶ Et assimilant̄. Cum dixit ꝙ sermo dicētiuꝫ ens eē vnū est de genere sermonū fictoꝝ: incepit declarare 10

naturam

nām sermonis a quo acceperūt signū dicētes ens eē vnum.s.parmenides ⁊ melissus. ¶ Et dixit.⁊ assimilant ⁊c.i.sermo eoꝝ per quē rōcinant̄ sup hoc ꝙ ens est vnū silis est qbusdam sermonibus sophisticis:⁊ hoc sophisma iuenit̄ in vtroqꝫ sermone ꝑ quez rōcinant̄ ambo. ¶ D.dixit.accipiunt enim falsa ⁊c.i.ponunt eniꝫ in suis syllogismis falsas ꝓpositiones:⁊ faciunt syllogismū nō ꝯcludentem aut simplr̄:aut illđ qđ nitunt̄ cōcludere:⁊ talis est sermo vanus:vt dcm̄ est in sophistica.s.q est ex falsis ꝓpositiōib⁹ ⁊ ex mala forma. ¶ Deinde dixit:sed sermo melissi ⁊c.i. sꝫ sermo melissi est magis vanus q̄ꝫ sermo parmenidis ⁊ nō facit aliquā dubitationem:qꝛ cōcessit in eo propositionē improbabilem falsam:⁊ est:ꝙ si ens nō generat̄ nō habet p̄ncipiū:syllogism⁹ ei⁹ est ꝙ si ens generatur hꝫ p̄ncipiū.Deinde destruxit aňs ⁊ cōclusit ꝙ nō hꝫ p̄ncipiū ⁊ peccauit in destructiōe: cū hoc ꝙ ꝓpositio dicens ꝙ ens nō generat̄ est falsa. ¶ Syllogismus āt ꝑmenidis est ꝙ quicqd est p̄ter ens nō est ens:⁊ ꝙ nō est ens nihil est.ergo ens est vnuꝫ.iste ēt nō ꝯclusit illud:qđ itendebat cōcludere cū hoc ꝙ ꝓpositiones ei⁹ ēt nō sunt ve:qꝛ sunt duplices ex equocatione.ꝯuenit igit̄ cuꝫ syllogismo melissi in h̄ ꝙ est malus in mā ⁊ forma:sꝫ dixit in eo ꝙ est min⁹ vanus:qꝛ ꝓpositio minor in eo nō est negatiua:sꝫ est ifinita. [a] ⁊ cū ꝓpō mior est ifinita in p̄a figura erit concludēs:sꝫ nō est ita de negatiua.syllogism⁹ eniꝫ tunc nō ꝯcludet:⁊ itelligo ꝑ p̄uatiuaꝫ h̄ qđ dixit:qcqd est preter ens est nō ens.i.nō est ens. Intēdebat enim ꝑ h̄ qđ dixit:ꝙ qcquid est preter ens in rei veritate est nō ens:⁊ quicqd est nō ens est nihil. ⁊ ipse loquetur post in hoc ꝙ isti syllogismi sunt sophistici:⁊ declarabit corruptionē eorum sicut diximus.

Sermo vanus ē q est ex falsis ꝓpōnib⁹ ⁊ ex mala forā. Idē infra cō.zij.

[a] An̄ ꝓpō minor ē ifinita i p̄a figura syllōerit ꝯcludēs minime āt qñ negatiua fuerit: Iō d̄ por.l.c.7.

In hoc p̄.te. cō.xxiij.24.⁊.xxv.

¶ Nobis aūt subijciant̄ que sunt nā aut oia aut quedam moueri:manifestuꝫ est autem hoc ex iductiōe.similr̄ aūt neqꝫ cōuenit oia soluere:sed aut quecūqꝫ ex principijs aliqs demōstrās mētit̄:quecūqꝫ vero nō minime vt tetragonismū eum qdeꝫ q per decisiones geometrici est dissoluere:illđ āt Antifontis geometrici est.

Lra Argy. Sed ea tm̄ q̄ qspiā ex p̄ncipijs ostendit falsa.

¶ Nos aūt ponamus ꝙ oia nāliter:aut quedam sunt mobilia:⁊ hoc manifestum est ex inductione:⁊ cum hoc nō opꝫ contradicere oibus:sed solūmodo opꝫ contradicere eis quoꝝ declr̄atio fundata ē sup pricipia:sꝫ sūt falsa:eis aūt q̄ nō sūt talia nō. V.g.q̄drature circuli:q̄.n. fit s̄m abscisionē geometer hēt ei cōtradicere. Que āt fit s̄m Antifontē nō hꝫ geometer.

Brissonis Tetragonismus.



Tetragonismus Antifontis.



Hipocratis chy tetragonismus



¶ Nos aūt. Cum declarauit ꝙ sermo dicēs ꝙ ens est vnuꝫ ⁊ imobile nō est sermo nālis:⁊ ꝙ naturalis nō debꝫ cōtradicere ei. ¶ Dixit. Nos aūt ponam⁹ ⁊c.i. nos aūt cū intendimus loqui nālr̄ ponamus p̄mo ꝙ oīa nālia:aut q̄dam sunt mobilia:⁊ hoc manifestum est ex iductiōe reꝝ nālium. ¶ Et dixit:aut q̄dā preseruādo se ab aīa ⁊ formis:est enim dubiū vtrū sint mobiles aut non:sꝫ lꝫ nō moueant̄ tm̄ sunt nāles s̄m ꝙ sunt in mobili aut dixit h̄:qꝛ dubitatur de ꝑtibus que sunt apud cētrum terre vtrū possint moueri aut nō:⁊ silr̄ est dubiū vtrū tota terra possit moueri aut nō. ¶ Et cum dedit cām ꝓpter quaꝫ posuit ista ⁊ est qꝛ cōsideratio eius est nālis:⁊ ꝙ intētio ei⁹ prima nō est ꝯtradicere opinionibus falsis in hac scia:sꝫ declarare subas ⁊ qditates reruꝫ nālium. Dedit etiam secundam causam ad h̄ ⁊ dixit:⁊ cum h̄ nō oportet cōtradicere oibus.i.⁊ cum h̄ si posuerimus ꝙ opꝫ artificeꝫ ꝯdicere opinionib⁹ falsis sue artis:tm̄ nō oibus sed solūmō dꝫ ꝯdicere eis que cōcludunt̄ a p̄mis ꝓpositionibus illius artis:sed cū cōclusione falsa. Eis aūt in qb⁹ est pctm̄ in ipsis p̄ncipijs nō opꝫ ꝯdicere. V.g.qm̄ sermo eius q existimauit se quadrare circulum cū quadrauit lunares figuras:q̄ sunt portiones circuloꝝ opꝫ geometrā ꝯtradicere ei:qꝛ peccauit in eis que sunt post principia. Portiones enim cadentes in circulo lꝫ sit possibile facere quadrata equalia eis:tm̄ nō sequit̄ ex hoc facere quadratum equale circulo:nam ille portiōes nō ꝯsumūt circulū ꝑ diuisionem. Istud igit̄ peccatū nō est eēntiale:⁊ geometer debet destruere ipsum. Antifonti aūt nō dꝫ ꝯdicere. qm̄ cū iste fecit in circulo figurā equaliū lateꝝ ⁊ anguloꝝ:⁊ fecit sup qōlibet laterū triāgulū isochelem diuidēdo arcus inspicientes latera in duo media de-

ii Vide scđo celi c.84.

Fore nāles lꝫ nō moueāt tm̄ sꝫ nāles hꝫ ꝙ sꝫ i mobili

Vide de motu nāe primo celi.cō.57.

partes centri an moveantur

Intētio pria Ari nō ē ꝯdicē opionib⁹ falsis i hac scia:sꝫ dclarā sbas ⁊ qditates reꝝ naturaliuꝫ. Ex q̄ pꝫ metaphysicū nō ꝯside rar̄ qditates reꝝ i ꝑticulari. Cōsilr̄ vide.6.meta.c. scđo. Et scđo ph.17.xxvij. ⁊.26.⁊.74. Et p̄ d aīa.c. 3.⁊.xj. Et.4 meta.cō.p̄.

pcm̄

pctm̄ in arte

ducendo lineas ad extrema lateris: ⁊ sic fecit in circulo figurā equaliū laterꝝ ⁊ angulorꝝ maiorem p̄ma: cui⁹ numerus laterꝝ est duplus ad numerꝝ laterꝝ prime figure: ⁊ cū fecit in hac figura illud: q̄d fecit in p̄ma iuenit ēt in circulo figurā aliā maiorē scd̄a: ⁊ existimauit ꝙ cū fecerit sic ꝙ diuisio nō ꝓcedit in infinitum: sꝫ ꝑueniet ad figurā equalē circulo: ⁊ cū fecit q̄dratū equale huic figure: existimauit ꝙ illud quadratū erat equale circulo: sꝫ istud pctm̄ est eēntiale: qꝛ geometer habet principium. s. ꝙ diuisio ꝓcedit in infinitum: ⁊ ideo nō debet ei ꝯtradicere.

Geometer hꝫ ꝓ p̄n° ꝙ diuisio ꝓcedit in infinitum. Idē. 3. phy. tō. 60.

¶ Sed qm̄ de nā qdem nō nāles: aut oppositiones: aut defect⁹ ꝯtingit ipsos dicere: fortasse enim bn̄ se hꝫ aliquātulū disputare de ipsis. hꝫ enim phiam hic respectus.

¶ Sed qꝛ accidit ꝙ sermo eorꝝ est de nā: ⁊ si dubitationes eorꝝ nō sint naturales rectum est incipere parum loqui cuꝫ eis. consideratio enim de hoc est philosophie.

12 ¶ Sed qꝛ. Cū declarauit ꝙ nō opꝫ nālez loq de dubitationib⁹ nō nālib⁹: ⁊ voluit loq cū eis ꝭm disputationem ꝓp vtilitatē ꝑuenientē ex hoc ei q incipit in hac arte: icepit declarare cām cogentē ip̄m ad loquendū de hoc. ¶ Et dixit: sꝫ qꝛ accidit ⁊c̄. i. sed quia accidit istis duobus viris loq de naturis vt de vacuo ⁊ ifinito ⁊ alijs: rectum est loqui cū eis cū istis q̄onibus disputare: lꝫ nō sint nāles: qm̄ ⁊ si loqui cū eis non opꝫ naturalem: tn̄ opꝫ primum philosophum.

¶ Principiū aūt maxime oiūꝫ ꝓpriū ē: qm̄ multiplr̄ dr̄ id q̄d est. Quō dicunt dicentes vnū eē oia: vtrū subaꝫ oia: aut q̄ntitatē: aut qualitatē: ⁊ iterū vtrū subam vnam oia: vt hoiem vnum: aut equū vnū: aut q̄ntitatem vnā: aut q̄litatē vnā erūt hec: vt albū: aut calidū: aut aliqd aliorꝝ talium. hec. n. oia differunt multū: ⁊ sunt impossibilia dicere.

¶ Et illud q̄d est pricipiū oiūꝫ istorꝝ ē istud: qꝛ ens dr̄ multiplr̄: quō igr̄ dicūt illi q dicūt oia eē vnū: vtrū ꝭm ꝙ oia sūt substātie: aut q̄ntitates: aut qualitates: ⁊ ēt vtruꝫ oia sint vna suba. V. g. vnus hō: aut vnus equus: aut vna aīa: aut oia sunt q̄le: ꝭ vnū. V. g. albus: aut calidus: aut aliud similiū. Omnia. n. ista multū dr̄nt: ⁊ dicere ea eē ipōle ē.

13 ¶ Et istud q̄d opꝫ poni p̄ncipiū in loquēdo de istis oībus opinionibus nō nālibus: est istud: qm̄ cum sit notum ꝙ ens dr̄ multiplr̄ de decēꝫ p̄dicamētis: q̄d igit̄ predicamētuꝫ significāt per hoc nomen ens dicētes oia entia eē vnū: ⁊ vtrum sit hoc: qꝛ oia sunt sube: aut quātitates: aut qualitates. i. vnū in suba: aut vnuꝫ in quātitate: aut in qualitate: ⁊ sic erūt vnū ꝭm genus ⁊ plura ꝭm spēm: aut intendūt per hoc q̄d dicūt: ꝙ oia entia sunt vnū ꝙ oia entia sunt vnum indiuiduum. Verbi grā: vnus hō: aut vnus equus: aut intendūt ꝑ h̄ q̄d dicūt ꝙ entia sunt vnū. i. ꝙ oēs qualitates sunt vna qualitas ꝭm indiuiduū. Verbi grā. hoc caliduꝫ ⁊ h̄ albū. ⁊ ꝙ oēs q̄ntitates sunt vnū indiuiduū quantitatis: ⁊ aliorꝝ indiuiduorꝝ predicamētorꝝ. ista enim que significāt h̄ nomen ens multuꝫ distant: ⁊ omnia sunt ipossibilia: hoc enim nomē ens aut significat genus aut vnum indiuiduū numero ⁊ quōcūqꝫ sit ens erit multū. ¶ Et cū dixit: ista eni distāt multū ⁊c̄. intendit: intētiones enim: de qbus dr̄ hoc nomē ens ex istis q numerauimus. s. vl̄e ⁊ indiuiduū multū differunt: ⁊ vnaqueqꝫ earum est impossibilis.

Notum ē ꝙ ens dr̄ multiplr̄ de decēꝫ p̄ntis. Id̄. 4. met. te. cō. 2. Idē in p̄ntis.

Intentiones iste de qb⁹ ... hoc nom̄ ... s. vl̄e ⁊ indiuiduū multū dr̄nt. ꝓ h̄ ... de. 7. me. ... 57. quō ... ponant vl̄e ... ꝑticulare ... de ēt. 12. m... com. 27.

¶ Si qdē eni erunt ⁊ suba ⁊ quale ⁊ q̄ntū: ⁊ hoc siue separata adiuiceꝫ siue nō: multa sunt que sunt: si vo oia: aut q̄ntum sunt: aut quale: siue cū sit suba: siue cum nō sit: iconueniēs est. Si oportet etiam inconueniens dicere impossibile. nullum enim aliorꝝ separabile est extra substantiam. omnia nāqꝫ de subiecta substantia dicuntur.

Nullū ali... p̄ntorꝝ sepa... le est a suba...

¶ Quoniā si fuerit hic suba ⁊ quale ⁊ quātuꝫ: siue ista fuerint disticta abiuicē: aut nō fuerint. entia erūt plura. ⁊ si oia fuerint q̄le: aut q̄ntuꝫ siue suba fuerit: aut nō fuerit: hoc erit improbabile. si ipossibile possit dici improbabile. Nullum enim ceterorꝝ separat̄ a suba. s. existēs per se singularis: ⁊ distincta: oia eni dicunt̄ in subiecto: q̄d est suba.

14 ¶ Qm̄. si eniꝫ ꝯcesserint h̄ esse subam: ⁊ q̄ntum ⁊ quale ꝯtingit eis entia eē plura: aut ꝭm indiuiduū si nō ꝯcesserint vl̄e esse: aut ꝭm genus ⁊ indiuiduū si ꝯcesserint ip̄m esse: ⁊ siue ponāt ista p̄dicamēta separi ab inuicē aut nō: sed q̄dā ex istis existere in qbusdā vt ē verū. ⁊ h̄ intēdebat cū dixit: siue fuerit distincta abiuicē: aut nō fuerint. ¶ Et cū declarauit ꝙ si ꝯcesserint hoc eē subam ⁊ q̄ntum ⁊ quale: ⁊ vl̄r plusqꝫ vnuꝫ p̄dicamentū: ꝯtinget eis entia eē plura: icepit ēt dicere ipōle ꝯtingēs eis si hoc non ꝯcesserint: ⁊ posuerint ens eē aliq̄d ceterorꝝ p̄dicamentorꝝ p̄ter subam: nā si posuerint ens eē in vno p̄dicamēto: aut ponēt eū esse subaꝫ: aut i alio a suba. ⁊ dixit. ⁊ si oia fuerit q̄le ⁊c̄. i. ⁊ si posuerint ꝙ ꝑ h̄ nomē ens itendūt aliq̄d predicamentorꝝ preter subaꝫ aut quale: aut q̄ntū: siue ꝯcesserint subaꝫ esse aut nō: h̄ erit ipōle ⁊ iprobabile: si impossibile possit dici improbabile: ꝯtingit eis oī modo entia eē plura. nā si posuerit ꝙ oia sunt q̄litates tm̄: aut q̄ntitates: aut vnum ceterorum p̄dicamētorꝝ: tūc aut ꝯcedēt subam eē: aut nō ꝯcedēt. si ꝯcedēt: tūc entia erūt plura: ⁊ si nō ꝯcedent illā esse: cōtinget illud predicamentū existere per se ⁊ separi: ⁊ nullū ceterorum predicamentoruꝫ preter subam potest separari per se: sed omnia dicuntur in subto: vt declaratuꝫ est in cathegorijs: ⁊ cū predicamētuꝫ q̄d intēdunt ꝑ hoc nomen ens sit in subiecto. g̊ entia sunt plura.

In cap... de suba...

¶ Melissus aūt ifinitū eē dicit q̄d est: quātū itaqꝫ aliqd est q̄d est. Infinitū enim in q̄ntitate est: subam aūt ifinitā: aut qualitatē: aut passionem esse nō ꝯtingit nisi ꝭm accidēs: si simul ⁊ alique q̄ntitates sunt. Infiniti enim rō ꝯgruit q̄ntitati: sed nō sube: neqꝫ qualitati: si qdem igit̄ suba est q̄ntum: dico aūt non vnum est q̄d est. Si vero substantia solum sit non infinitū est: neqꝫ magnitudinē habebit vllam: quātum enim q̄ddam erit.

Infini... ꝯgruit q̄ntitati.

¶ Melissus

¶ Melissus vero dicit ens eē infinitū: ꝛ ſm hoc ens erit aliqͦd q̄ntum. Infinitū eniz est aliqͦd collocatū i q̄nto. ſuba aūt īfinita: aut q̄litas: aut vbi ipoſſe est vt sit nisi ꝑ accn̄s: si aliqua ex eis cū eis q̄ sunt habuerit q̄ntitatē. Diffinitio eniz īfiniti exigit q̄ntitatē: ꝛ nō ſubam: neqꝫ qualitatē. Si igit̄ ens fuerit ſubstātia: ꝛ quātum erit duo nō vnuz. ꝛ si fuerit ſubſtantia tm̄. tūc ens nō erit īfinitum: neqꝫ habebit mensuram omnino. Nam si habuerit mensuram: erit aliquod quantum.

¶ Et nō īuenimus aliqd eſſe in ſe aliquo mō eoꝝ quos d̄terminauimus: cū ꝓceſſerimus via īductiōis: ⁊ declarabit̄ etiā ex diffinitiōe ꝙ hoc eſt īpoſſ: ꝟm eniꝫ iſtuꝫ ſermonē erūt ambo vtrūq̄. ¶ V. g. qm̄ doliuꝫ erit vas ⁊ vinū: ⁊ vinū erit doliū: ſꝫ ſic poſſibile aliqd ꝑ ſe eē in ſe: ſi igit̄ eſt poſſibile aliquo mō vt alteꝝ eoꝝ ſit in reliquo: dolium erit recipiēs vinū nō ꝟm ꝙ doliū eſt vinū: ſꝫ ꝟm ꝙ vinuꝫ eſt vinū: ⁊ vinū erit in dolio nō ꝟm ꝙ doliū eſt vinū ſed ꝟm ꝙ doliū eſt doliuꝫ: declaratum eſt igit̄ ꝙ he due intētiones ſunt diuerſe in eſſe: diffinitio enim eius: in quo eſt res eſt alia a diffinitione illius: in quo eſt.

26 ¶ Cuꝫ declarauit ꝙ īpoſſ eſt dicere aliqd eē in ſe: ꝟm h̄ ꝙ ſignificat aquā eē in vaſe: īcepit declare ꝙ īpoſſibile ē aliqd eē in ſe aliquo mō eoꝝ: ꝟm quos dr̄ aliquid eē in aliquo. ¶ Et dixit. nō īuenim⁹ aliqd eſſe in ſe ⁊c̄. i. ⁊ cū nos īduximus oēs modos ꝟm quos dr̄ aliqd eē in alio erim⁹ certi: ꝙ nihil eſt qḋ dr̄ eē in ſe. ¶ D. narrauit. ꝙ h̄ ēt appet alio mō ab īductōe magis certe. ſ. ꝟm diffōnē. et dixit. ⁊ declarabitur ēt ꝟm diffōnē ⁊c̄. i. ⁊ declābit̄ ēt ꝟm diffōnē rei q̄ inuenit̄ in aliquo ⁊ diffōnē rei in q̄ inuenit̄: ꝙ ē īpoſſ vt aliqd ſit in ſe: ꝟm. n. h̄ aliqd. ſ. eē in ſe illud qḋ ē in aliq̊: ⁊ illud: in quo eſt aliqd: vtrūq̄ eſt reliquū: adeo ꝙ diffō vtriuſq̄ eſt diffō reliq̄: ⁊ eſt māifeſtū nec̄io ꝙ diffōnes eoꝝ diuerſant̄. ¶ D. d. V. g. vt doliū ſit vas ⁊ vinum ⁊c̄. i. V. g. qm̄ ꝯtingit dicere ꝙ aliqd ſit in ſe: vt vas in quo eſt vinū ſit vas ⁊ vinū inſimul: ⁊ vinū ſit vas ⁊ vinū inſimul: qḋ ē īpoſſ. ¶ D. d. ſi igit̄ ē īpoſſ alio modo ⁊c̄. i. qm̄ ſi aliqd recipit aliqd per ſe: oꝫ vt nō recipiat illḋ niſi ꝟm ꝙ diffōnes eoꝝ ſūt diuerſe. V. g. qm̄ doliū nō recipit vinū niſi ꝟꝫ ꝙ vinū ē vinū nō ꝟm ꝙ eſt dolium: ⁊ vinū eſt in dolio nō ꝟm ꝙ dolium eſt vinū: ſed ꝟm ꝙ dolium eſt doliū.

¶ At v̄o neq̄ ꝟm accidēs cōtingit: ſimꝉ aūt duo corpora in eodeꝫ erunt: ipa quoq̄ amphora in ſeipſa erit: ſi cui⁹ nā receptiua eſt. hoc cōtingit in ſeipſo eſſe: ⁊ adhuc illud cuius receptiuū eſt: vt ſi vinū vini.

¶ Neq̄ ēt eſt poſſibile vt ſit per accidēs: cōtingit enim ex hoc vt duo inſimul ſint in eodem: doliū eni erit in ſe ſi illud cui⁹ nā eſt recipiens fuerit in ſe: poſſibile eſt igit̄ vt aliqd ſit in ſe: ⁊ etiā illud qḋ recipit. V. g. qm̄ illud quod recipit vinum eſt vinum.

27 ¶ Dicit. ⁊ īpoſſibile eſt vt aliqd recipiat ſe per aliqḋ accidēs ſibi: niſi ponat̄ ipm̄ recipe ſe eēntialr̄. vt declaratū eſt p̄us. ꝯtingit eni ex h̄ vt recipiat in ſe duo inſimul: qm̄ ſi fuerit aliqd qḋ hēat nām: vt recipiat ſe per accidens in ſe: poſſibile eſt vt recipiat per accidens illud qḋ eſt in eo: quēadmodū ſi recipit ſe eēntialiter recipiet aliud in ſe. ⁊ ſic doliuꝫ recipiet vinū ⁊ ſe inſimul aliqua hora. ergo dolium erit doliū ⁊ vinum inſimul ⁊ adunabunt̄: qm̄ quādo aliquid receperit in ſe eſſentiā alicuius: adunabunt̄ due eſſentie neceſſario. ⁊ ſic res recipiet ſe. qḋ ē īpoſſibile: ſiue h̄ fuerit poſituꝫ eſſentialiter: aut accidētaliter. i. in aliqua diſpoſitiōe. ¶ Hec eſt intētio iſti⁹ capituli: ⁊ oꝫ legi ſic. quoniā dolium ⁊ illud qḋ recipit̄ eſt vinum: quoniā ſi inueniat̄ aliquid cui⁹ natura recipit accidens per ſe: poſſibile eſt vt aliquid ſit in ſe: ⁊ etiaꝫ illud quod recipit: ⁊ ſic contingit p̄mum īpoſſibile: qḋ eſt aliquid recipere ſe. V. g. quoniā recipiens erit vinum: qḋ eſt impoſſibile.

¶ Qḋ igit̄ īpoſſibile ſit in ipſo aliqd eſſe primo manifeſtuꝫ ē: qḋ autē zeno oppoſuit ꝙ ſi locus ē aliquid in aliquo erit: ſoluere non difficile erit: nihil aūt ꝓhibet quidem in ali

quo p̄mo

quo primo eē locū: non tñ in illo sic̄ in loco: sȝ sicut sanitas qdē in calidis vt habitus: color aūt in corpore est sicut passio: quare non necesse est in infinitum abire.

26 ℂ Manifestū est igit̄ ꝙ ipossibile est: vt aliqd sit in se principalr̄: zeno aūt ponebat qōneȝ hoc mō: ⁊ dixit: si locus est aliqd: necesse ē: vt sit in aliquo: ergo locus nō est. ℂ Et dissolutio illi⁹ nō est difficilis: qm̄ nihil ꝓhibet: vt locus q dr̄ primo sit in alio: sȝ nō ꝑm locū: sȝ ꝑm ꝙ sanitas est in rebus calidis ꝑȝ formā: ⁊ calidū i corpe ꝑm pōnē: ⁊ corp⁹ i loco ꝑm vas: ⁊ nō seqt̄ ex h̄ ꝓcessus i ifinitū

28 ℂ Cū declarauit ꝑm quot modos dr̄ aliqd eē in aliq̊ eēntialr̄: potuit dissoluere ex hoc: ⁊ opinione eius in loco qōnem çenonis: ⁊ silr̄ sermonē dicentiū locū eē mām: aut formā. ℂ Et dixit: çeno vo ⁊c̄. i. çeno vo negabat locū esse hoc mō: dicebat. n. qm̄ si locus est: necesse est: vt sit in aliq̊: ⁊ oē qd̄ est in aliq̊: est in loco: ergo locus est in loco: deinde reuertet̄ interrogatio de hoc loco scd̄o: ⁊ sequit̄: vt sit in loco tertio: ⁊ sic in infinitū: ⁊ sic inuenient̄ loca in actu infinita: ⁊ cū h̄ est ipossibile: sequitur ꝙ locus nō sit. ℂ Deinde incepit dissoluere hāc qōnē: ⁊ dixit: ⁊ dissolutio illius nō est difficilis ⁊c̄. i. qm̄ ꝓpositio dicens: ꝙ locus est in aliq̊ est va de p̊ loco. s. de p̊ corpe cōtento: ⁊ hoc intēdebat cū dixit p̄ncipalr̄: sȝ dicere locū eē in aliq̊: nō est ideȝ ꝙ dicere corpus eē in loco: ⁊ aquā in vase: vt post declarabit̄ de loco. ℂ D. d. sȝ sicut sanitas est in reb⁹ calidis ⁊c̄. i. sȝ locū esse in aliq̊ est sicut forma in subto. V. g. sicut sanitas in tempantia calidi cū frigido: ⁊ sicut calidū ⁊ frigidū in corpe: corpus vo in loco est sicut aqua in vase: termin⁹ igit̄ medius quo çeno vtebatur in syllogismo: nō est vn⁹: ergo nō sequit̄ ex eo illud qd̄ existimauit seq. s. loca eē infinita: ⁊ hoc intēdebat cū dixit: ⁊ nō sequit̄ ex hoc ꝓcedi in infinitū.

Locuȝ eē in aliq̄ ē sic̄ forma i subto.

Documentū

ℂ Et ista solutio est possibilis ꝑm Ari. dicentē ꝙ locus est supficies corpis ꝯtinentis: supficies. n. est forma in corpe: q vo ponit locū esse dimēsiones exñtes
27 in quib⁹ disponit̄ locatuȝ nō pōt euadere a qōne çenonis: ⁊ iō hoc est vnū eoꝝ: quib⁹ vtit̄ in destructiōe istius opionis. s. dicētis locū eē inane ⁊ vacuū: qd̄ est inter supficies vasis: nō ipse supficies vasis: sed q ponit locū eē in corpe: ⁊ oē corp⁹ eē in loco: ꝯtingit ei necessario corpa eē infinita in actu: aut ponere ꝙ corp⁹ ꝯtinēs totū nō est in loco eēntialr̄: ⁊ hec est opi. Ari.

ℂ Illud aūt manifestū est: qꝛ qm̄ nihil ē vas eius: qd̄ est in ipso: alteꝝ. n. primo: ⁊ qd̄ est: ⁊ in quo est: nō erit vtiqȝ mā: neqȝ spēs locus: sed alterū: illius eni aliquid hoc vtrūqȝ est: ⁊ materia ⁊ forma.

ℂ Et manifestū est: ꝙ cū vas nō est illud qd̄ est in eo: cuȝ illud qd̄ dr̄ principalr̄ est aliud ab eo: quod est in eo: locus nō est mā: neqȝ forma: sed aliud. hec enim duo sunt ex re existente in eis. s. materia ⁊ forma.

29 ℂ Cū ēt declarauit ꝙ ipossibile est: vt aliquid sit in se p̄ncipalr̄. i. p̊ ⁊ eēntialr̄: ⁊ aliqd eē in loco dr̄ sicut aq̄ dr̄ eē in vase: incepit declarare qm̄ ꝯtingit ex hoc vt nō sit forma: aut mā. ℂ Et dixit: ⁊ est māifestū ⁊c̄. i. ⁊ est manifestū ꝑ se: qm̄ cuȝ dr̄ aliqd eē in loco est sic̄ dicere aquā eē in vase: ⁊ vas nō est aliqd ex eo qd̄ ē in eo: sed aliud: manifestū est ꝙ locus nō est aliqd ex illo qd̄ est in eo: sȝ aliud: cū sit declaratuȝ ꝙ illud qd̄ dr̄ eē in loco eēntialr̄. ⁊ p̊ est aliud ab illo qd̄ dr̄ eē in eo: ergo locus non est mā: neqȝ forma: mā. n. ⁊ forma vtraqȝ est pars rei q̄ dr̄ eē in eis. s. corpus ꝯpositū ex forma ⁊ mā. ℂ Et ꝯpositio istius sermonis est in 2ª figura sic: locus nō est pars locati: ⁊ forma ⁊ mā sunt ꝑs locati: ergo locus nō est forma neqȝ mā.

ℂ Caplm̄ in quo accedit ad determinanduȝ veritatem de loco ⁊c̄. Cap. IIII.

Hec igit̄ sunt opposita: quid aūt forte sit loc⁹: hinc vtiqȝ fiet manifestū: accipiamus aūt de illo quecūqȝ vident̄ vere ꝑm ipsuȝ inesse ipsi: dignū igit̄ est locū eē primū qdē ꝯtinēs illud: cui⁹ locus est. ⁊ nihil rei eē amplius primū: neqȝ minoreȝ: neqȝ maiorē eē: adhuc neqȝ deficere vnicuiqȝ: ⁊ separabilē esse: adhuc autē oēm locū hr̄e sursum ⁊ deorsuȝ: ⁊ fieri nā: ⁊ manere in ꝓprijs locis vnūqd̄qȝ corporū. hoc aūt facere aut sursum: aut deorsum. ferri

ℂ Tantū igit̄ accidit in h̄ de qōne: locus vo quid sit. hoc mō apparebit: ⁊ accipiam⁹ de illo ab eis q̄ existimant̄ re va eē ei essentialr̄. dicamus igit̄ ꝙ oēs cōueniunt in hoc: ꝙ locus primo ꝯtinet illud: cuius est locus: ⁊ nō est aliquid illius. ⁊ post qd̄ primus loc⁹ nō est maius: aut minus illo. ⁊ ēt non est ex̄ aliqd̄ singulariū: ⁊ separat̄ ab eo: ⁊ cū hoc est omne: de quo dr̄ supius ⁊ inferi⁹. ⁊ vnūqd̄qȝ corporū transfertur naturalr̄ ad illud: ⁊ figitur in suo loco ꝓprio. ⁊ facit hoc: aut superius: aut inferius.

Cum ꝯpleuit sermones famosos: ex quibus appa 30
ret locū eē: ⁊ sermōes q faciūt dubitare in suo eē: ⁊ dissoluit quasdā alias dubitatiōes: icepit cōsiderare de nā eius ex reb⁹ eēntialibus ei q̄ sunt manifeste ꝑ se: ex talib⁹ pōt aliqs scire subaȝ ei⁹: ⁊ soluere oēs qōnes accñtes in eo. illa vo que īueniunt̄ in loco eēntialr̄ ⁊ p̊ sunt sicut dixit qnqȝ. ℂ Primū vo ē ꝙ locus ꝯtinet locatū: ita ꝙ nō est aliqd de locato: ⁊ in hoc differt a forma: forma. n. ⁊ si cōtinet: tñ nō est aliud a locato: ⁊ in hoc differt a vacuo: vacuuȝ. n. non ꝯtinet. ℂ Scd̄m autē est: qm̄ locus est equalis locato. ℂ Tertiuȝ vo est: qm̄ locus separat̄ a locato: ⁊ in hoc ēt differt a mā ⁊ forma: ⁊ hoc intēdebat cū dixit ⁊ ēt est ex̄ qd̄cūqȝ singulariū: ⁊ separat̄ ab eis. ℂ Et in libro Alex. habet̄ loco istius: ⁊ ēt nō ex̄ aliqd̄ singulariū: ⁊ est separatū: ⁊ hoc est magis verū: sȝ nō est notū ꝑ se de loco. illi. n. q dicūt locū eē vacuū sepant locū a locato: ⁊ remanet loc⁹ in actu. ⁊ Alex. exponit hūc locū: qꝛ Aris. itēdebat ꝙ locus nō excedit locatū: ⁊ exponit ipm ēt ꝑm suū modū. ⁊ dicit. ꝙ nō accidit ei hoc qd̄ diximus. s. ꝙ non est notū ꝑ se de loco.

Illa q̄ cōpetūt loco eēntialr̄ sūt qnqȝ

¶ Quartũ vo est qm̃ differẽtie loci sunt supius ⁊ inferius: ⁊ in hoc differt a vacuo: in vacuo.n. non est superius: neqz inferius nãliter. ¶ Quintuz vo est: qm̃ locus est illud ad qd̃ trãsfert̃ locatũ nãliter: ⁊ ꝙ ista trãslatio est: quorũdã corpoꝝ supius ⁊ quorũdã inferius: ⁊ hoc etiã demõstrat ꝙ nõ est vacuũ: ⁊ hoc intẽdebat cum dixit: ⁊ facit hoc.i. facit translationem: ita ꝙ est causa finalis ei.

¶ Suppositis aũt his reliqua consideranda sunt. oz aũt tentare intentionẽ sic fieri. vt qc qd sit reddat̃. ⁊ quecunqz opponunt̃ soluã tur. ⁊ q̃ vident̃ loco inesse inerunt. ⁊ amplius discholie causa ⁊ oppositoꝝ ipsoꝝ erit manifesta. sic enim vtiqz pulcherrime demõstratur vnumquodqz.

¶ Opz igit̃ nos ponere ↄsiderationez de ceteris: ita ꝙ ista sint posita nobis. ⁊ opz nos querere: vt ꝑscrutatio nostra sit talis. vt ꝑ illam compleat̃ locus qd sit. ita ꝙ oẽs qõnes dissoluant̃. ⁊ illa q̃ existimantur eẽ ei sint: ⁊ apparet cum hoc causa difficultatis eius: ⁊ in questionibus accidentibus in eo: hoc igit̃ mõ declarabit̃ sua diffinitio melius.

31 ¶ Cũ declarauit ꝙ oz ponere p̃n^m ꝑscrutatiõis de loco a p̃ncipijs notis nãliter. deinde cũ numerauit illa incepit declarare cuiusmodi opz eẽ diffinitionẽ quã nititur dare loco ex istis rebus: cũ hoc.n. ꝙ diffinitio dat qditatẽ loco: oz hr̃e tria ꝓpria. ¶ Quoꝝ vnuz est: vt ꝑ illã dissoluant̃ qõnes accidẽtes in eo. ¶ Secundũ vo vt per illã appareat causa esse reꝝ existentium in loco per sensuz.s. causa oĩum accidentiũ sensibiliũ in eo. diffinitiões.n. cõplete inate sunt reddere cãm oĩuz accidentiũ exñtiũ in re: sz nõ ↄuertit̃.s. qm̃ nõ oẽ: ex quo reddunt̃ cause accñtiũ: est vera diffinitio: ⁊ iõ existimat̃ ꝙ hec est regula destruẽs diffinitiões nõ verificãs. Et hoc intendebat cũ dixit: ⁊ illa que existimant̃ esse in eo sunt.s. de causis apparentiũ. ¶ Tertiũ vo ꝓpriũ est vt ex diffinitiõe data appareat difficultas accñs in hoc. Et hoc est ꝓpriũ diffinitiõibꝰ reꝝ difficiliũ diffiniri: ⁊ ista tria necia sunt in diffinitiõe querẽda in hoc loco: qm̃ si vnũ eoꝝ diminuit̃: aut oĩno nõ erit diffinitio: aut si erit: non erit ꝑfecta: ⁊ iõ dixit: hoc g̊ mõ ⁊c̃.i. qm̃ ꝑscrutãdo d̃ tali diffõne ⁊ sciẽdo illã declabit̃ qd sit locꝰ bñ ⁊ ꝑfecte.

Diffõnes q̃ dant qditatẽ d̃bẽt hr̃e tria ꝓpa. vid̃ p̃. d̃ aĩa. xj. scd̃o d̃ aĩa. xij. xxvij 4. celi. scd̃o. et p̃. de ania cõ. xxj.

¶ Primũ igit̃ oz itelligere ꝙ nõ quereret̃ locus nisi motus aliqs esset ƀm locuz: ꝑꝑ hoc .n. ⁊ celũ maxie in loco opinamur: q2 semꝑ est in motu. huiꝰ aũt aliud qdez est loci mutatio: aliud vo augmentũ ⁊ decrementũ: ⁊ nãqz in augmẽto ⁊ decremẽto transmutat̃ ⁊ qd̃ prius erat hic iterũ transmutatuz est in maius aut minus. est aũt qd̃ mouet̃ quidez per se ipm actu: aliud vo ƀz accidẽs ipsius: aut qd̃ ƀm accidens est alia quidez sunt contingentia moueri per se: vt partes corporis ⁊ in naui clauus: alia vo nõ ↄtingẽtia: ƀ simpliciter ƀm accñs: vt albedo ⁊ scia: hec eniz

Nõ q̃reret̃ locꝰ nisi motus aliqs eẽt ƀz locum.

Eoꝝ q̃ ꝑ accidẽs mouet̃ aliq̃ ꝑ se moueri pñt alia ꝟo nĩme ⁊c̃.

sic trãsmutãt locũ: q2 id ĩ quo sᷓ trãsmutat̃.

¶ Dicamus igit̃ qm̃ sciendum est primo: ꝙ locꝰ nõ eẽt: perscrutandũ de illo si motꝰ non esset in loco: ꝑꝑ hoc.n. existimamus celũ ꝓprie esse in loco: q2 est semꝑ in motu: ⁊ iste motus alius est trãslatio: ⁊ alius augmẽtuz ⁊ diminutio. res.n. trãsmutat̃ ƀm augmentũ ⁊ diminutionẽ. illud igit̃ qd̃ hic erat translatũ attribuit̃ ad vbi minꝰ aut maiꝰ. motum aũt aliud mouet̃ per se ⁊ aliud mouetur per accñs: ⁊ illud qd̃ mouet̃ ꝑ accñs aliud ẽ qd̃ põt moueri ꝑ se. Verbi grã. mẽbra hominis ⁊ clauus in naui: ⁊ aliud non põt: sed semꝑ mouet̃ ꝑ accidẽs. V.g. albedo ⁊ cognitio: ista enim nõ mutant sua loca: nisi quia illa in quibus sunt transferuntur.

¶ Cũ incepit ꝑscrutari de diffõne loci: incepit dicere p̃mo illud: qd̃ mouit hoĩes ad credendũ locũ esse. et est motꝰ localis. et dixit. ꝓprie motum ⁊ nõ getem lz vtrũqz significet locũ esse: q2 motꝰ est notior gete: quies.n. est p̃uatio ⁊ motus habitus: ⁊ dixit. dicamus igit̃ ⁊c̃.i. sciendũ ẽ ergo ꝙ cã in hoc ꝙ hoĩes credunt ꝙ locus est vnũ entiũ: de qbꝰ ꝑscrutandũ est: est motus rei in loco. si hoc nõ eẽt nõ ꝑciperẽt ipz eẽ. ¶ D. dixit: ꝑꝑ hoc eni ⁊c̃.i. qm̃ ꝑꝑ hoc ꝙ celum mouetur: existimat̃ qd̃ sequit̃ ex hoc: vt sit in loco: ⁊ dixit hoc. q2 celum hr̃e locũ latet: existimat̃ eniz ꝙ illud: quod mouet̃ in loco: oz mutare locũ ƀm totum: ⁊ celuz nõ mutat locũ ƀm totũ. ⁊ ideo opinatus est Auicẽ. ꝙ nõ hz motũ in loco: ⁊ ponere ꝙ mouet̃ ƀm partes: ⁊ nõ mouet̃ ƀm totũ est iopinabile. ⁊ iõ ҫeno negauit ipz moueri: vt post dicemus. ¶ Et cũ declarauit ꝙ trãslatio fecit hoĩes perciꝑe locũ esse declarauit modos translatiõis facientis hoc ⁊ dixit. ⁊ iste modus alius est ⁊c̃.i. illud qd̃ erat trãslatuz ⁊c̃.i. attribuit̃ ad vbi magnũ ⁊ paruũ: ⁊ in qbusdã libris in loco attribuit̃ trãsfert̃. ¶ Et induxit hoc: q2 hoc ẽt debet p̃poni cognitioni de loco.s. qm̃ locus alius est maior ⁊ aliꝰ eq̃lis: ⁊ ꝙ i p̃m existere in maiori est ꝑꝑ suã existẽtiã in minori.s. in equali: vt dictũ est. ⁊ ƀm hoc vocauit eq̃lem minorẽ: locus.n. ĩpossibile est vt sit minor locato. Aut intendebat augmentum ⁊ diminutionem in exemplari aĩalis augmentabile mouet̃ ad maiorem locũ: ⁊ diminutũ ad minorẽ locũ. ¶ Et cum declarauit ꝙ motũ ⁊ motus fecerunt hoĩes ꝑcipere locũ eẽ: declarauit numerũ modoꝝ mobiliuz vt distinguat ex eis illum modũ qui fecit hoĩes percipere locũ eẽ essentialiter. ⁊ dixit. ⁊ motũ aliud mouet̃ per se ⁊c̃. ⁊ intendebat per hoc innuere ꝙ motũ: qd̃ de necessitate hz locũ esse motũ eẽntialiter. ⁊ ꝙ hoc fecit hoĩes percipere locũ esse. ¶ Deinde dixit. illud qd̃ mouetur per accidẽs ⁊c̃. idest: qm̃ membrum qñ diuidit̃ a corpore põt moueri per se quiescẽte corpore. quãdo aũt mouetur per motum totius corporis: mouet̃ per accidẽs. ⁊ similiter quando clauus in naui mouetur per motum nauis: mouet̃ per accidens: ⁊ quãdo mouetur diuisiz a naui mouet̃ per se. ⁊ iste modus moti per accidens est pars cui attribuit̃ motus propter hoc qd̃ attribuitur toti: quoniam id quod mouetur per accidẽs: est duobus modis: sicut dixit. ¶ Unus vero est vt motus attribuatur parti propter hoc ꝙ 32

attribuit̃

Pars q̄n diuidit̄ a toto ⁊ fit totū ꝑ ꝑ se moueri. Idē 5. phy. cō. p̄.

attribuit̄ toti: ⁊ istud motum ꝑ accidens pōt moueri eēntialr̄: q̄n pars diuidit̄ a toto: ⁊ fit totū ꝑ se. ¶ Secundus vō est: vt motus attribuat̄ accidenti rei mo/te: vt cū attribuit̄ albedini ⁊ nigredini: ⁊ tale motuz ꝑ accidens īpossibile est: vt moueat̄ in aliqua hora ꝑ se: cū accidentia ⁊ vl̄r oīa q̄ sunt in sub̄a nō possunt separari: ⁊ ista dispositio est oīuz formarū q̄ existūt in subto: ⁊ fuit dictū de hoc mō moueri ꝑ accidēs sicut dixit: q̄m ista nō dicunt̄ mutare locuz ⁊ moueri: nisi q̄ illud in quo sunt mutat locū ꝑ se: ⁊ transfert̄ sicut pars transfertur per translationez totius: ⁊ albedo ꝑ translationem corporis.

Accn̄a ⁊ vl̄r oīa q̄ s̄t i s̄ba n̄ s̄oꝛa i s̄bo īpol̄e est: vt ꝑ se moueri possint. Idē 5. phy. cō. p̄. ⁊ 6. phy. cō. 86.

¶ Quoniā aūt dicim⁹ eē sicut in loco in celo q̄ in aere: hoc aūt in celo est: in aere aūt non omni: sed ꝓpter vltimū ipsius: ⁊ cōtinēs in aere eē dicimus: si enim omnis aer locus nō equalis erit vniuscuiusq̄ locus ⁊ vnūq̄dq̄ locatū: vr̄ aūt hmōi primū: in quo est.

¶ Et dicimus aliquid esse in celo: intendendo ipsum esse in loco: quia est in aere: ⁊ aer est in celo: ⁊ dicimus ipsum esse in aere: nō q̄ est in toto aere: s̄ q̄ vltimuz eius: ⁊ illud q̄d continet ipsum est in aere: ⁊ si totus aer esset locus eius: tunc locus cuiuslibet ⁊ q̄dlibet nō essent equalia: ⁊ hoc existimatur: ⁊ hec est dispositio primi loci: in quo ē res.

33 ¶ Uult declarare q̄d sit locus ex illis ꝑncipijs manifestis ꝑ se: ⁊ incepit in hoc etiā a ꝑn° manifesto ꝑ se: ⁊ est: q̄m locus alius est ꝑmus: ⁊ alius scd̄us: ⁊ res est in scd̄o: q̄ est in ꝑmo. et dixit: ⁊ q̄n̄q̄ dicimus ⁊c̄. i. ⁊ est manifestū ꝑ se de loco: q̄m q̄n̄q̄ dicimus aliq̄d eē in celo. i. in mūdo: q̄ est in aere mūdi: ⁊ est in aere: q̄ ē in vltimo fine ꝯtinēte ipsuz. ¶ Et cū posuit ꝙ finis aeris: alia est ꝓpria rei q̄ dr̄ eē in aere: ⁊ alia est cōis q̄ ꝯtinet ipsuz ⁊ aliud. U. g. finis totius aeris. incepit declarare ꝙ ex quibusdaz alijs ꝓpositionib⁹ sequit̄. vt locus nō sit finis cōis. s. ex ꝓpositione dicente ꝙ locus dz eē equalis: ⁊ dixit: ⁊ si totus aer ⁊c̄. i. ⁊ si tot⁹ aer esset primus locus rei que dr̄ eē in aere: tūc locus rei ⁊ res q̄ est in eo: nō eēnt equales: s̄ existimat̄ hoc eē necesse. s. locū ⁊ locatū eē equalia: ⁊ hoc intēdebat cuz dixit: ⁊ existimat̄. i. ⁊ scitur necio. ¶ Et forte vocauit existimationē hec: q̄ est de genere ꝓpositionū q̄ declaratur ꝑ modicā persuasionē. ¶ Et forte fecit hoc: q̄ istis ꝓpositionibus accidit ꝙ sunt famose: cū hoc ꝙ fuerūt necie: ⁊ multotiēs fecit hoc Aris. ¶ Et compositio istius s̄monis est sic in scd̄a figura. Primus locus est equalis. Et aer s̄m totū non est eq̄lis. ergo aer nō est ꝑmus locus. ¶ D. d. ⁊ ista est dispositio ꝑmi loci: in quo est res. i. ⁊ eq̄litas est dispositio ꝑmi loci q̄ est vltimi finis aeris ꝯtinentis locatū: ex q̄ sequit̄ vt ista vltima sint locus nō vl̄ia cōia. ¶ Et compositio istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in figura scd̄a: ⁊ forte fecit hoc: q̄ locū eē equalē locato est ꝓpriū loco: ⁊ q̄n ꝯuersio in talib⁹ ꝓpositionibus est manifesta ꝑ se: possibile est. n. in demōstrationib⁹: q̄m tūc pōt reuerti ad ꝑ^am figuraz: q̄m cū tales ꝓpōnes ꝯponunt̄ in ꝑ^a figura: tunc maior ꝓpositio erit ꝑdicabilis nō s̄m māmi: ⁊ ideo cōponit̄ in z^a figura. ¶ Sz forte ꝯuersio in hoc non est manifesta ꝑ se: existimat̄. n. ꝙ inane q̄d est inter vltimos fines

Existimatur quot modis sumitur apd̄ ph̄z. vide hic ⁊ ꝑ. d aīa cō. 19. ⁊. z. d aīa. 52.

Q̄n̄ termini sunt ꝯuertibiles ⁊ ꝯuersio ē manifesta ꝑ se: l̄z arguere ex ambab⁹ affirmatiuis i scd̄a figura. Idē. z. phy. cō. 23. Idez hic. s̄. cō. 33.

aeris est ēt equale: ⁊ ideo inducit post alia principia: ex quib⁹ declarat ꝙ nō est inane: ⁊ s̄m hoc cū dixit: ⁊ ista est dispositio ꝑmi loci: nō intendit declarare ꝙ ꝑmus locus. s. vltimus finis aeris est locus in rei veritate: s̄ intendebat declarare ꝙ q̄ ponūt locuz vltimū finē ꝯcedit̄ ei hec ꝓpositio. s. dicēs locū eē equalem: ⁊ nō negat̄ ei sicut accidit dicentib⁹ locū eē totum aerē: ⁊ intendebat per hoc notificare ꝙ illa oīa ꝑncipia nō conceduntur oīa nisi ponētib⁹ locum eē vltimū finē aeris: ⁊ continentē locatū.

¶ Cum quidē igitur nō diuisum sit cōtinēs: sed cōtinuū sicut in loco nō dicit̄ in illo: s̄ sicut pars in toto: cū vero diuisum sit ⁊ contactum: in primo quodā est vltimo cōtinentis: q̄d neq̄ pars est ipsius q̄d est in ipso: neq̄ maius distantia: sed equale: in eodem. n. vltima contingentia: ⁊ cum continuū sit nō in illo mouetur: sed cum illo: diuisum aūt in illo: ⁊ siue moueat̄ continens: siue nō: nihil minus. Amplius cum nō diuisum sit: sicut pars in toto dicit̄: sicut in oculo visus: ⁊ in corpore manus: cū aūt diuisum est: vt in cado aqua: ⁊ in cypho vinū: manus. n. cū corpore mouetur: aqua aūt in cado.

¶ Cum igitur cōtinens nō fuerit diuisum: s̄ cōtinuuz: nō dicemus ꝙ illud est in eo: sicut aliquid est in loco: sed sicut pars in toto: ⁊ cū fuerit diuisum: sed continens: tunc est in vltimo cōtinentis: sicut aliquid est in primo loco: ⁊ hoc non est pars illius: in quo est q̄d est in eo: neq̄ maius: sed equale: q̄m vltima cōtingentia sunt in eadē dispositione: ⁊ cuz fuerit cōtinuū: tūc motus eius nō erit in eo: sed cū eo: cū fuerit diuisum mouetur in eo: ⁊ non mouetur cum eo: nisi continens moueatur: q̄d nō dicūt: ⁊ si nō mouetur: ⁊ etiā cum fuerit diuisum dicetur ipsuz esse quasi pars in toto. U. g. q̄m visus est in oculo ⁊ manus in corpore: cū fuerit diuisum erit sic̄ aqua in cypho: ⁊ vinuz in dolio: manus. n. mouet̄ cū corꝑe: ⁊ aqua in cypho.

ee in celo

¶ Cū declarauit ꝙ locus īpossibile est: vt sit finis cōmunis locato ⁊ alij: q̄m locus est equalis: ⁊ finis communis non est equalis: incepit declarare ēt ꝙ iste finis q̄ existimat̄ eē loc⁹. s. ꝯtinēs ⁊ equalis: nō est forma: neq̄ aliq̄d ꝯtinuū cū illo q̄d est in eo: sicut est dispositio in parte cū toto: ⁊ intendebat distinguere ꝑ hoc inter locatū esse in corꝑe: q̄d est vbi eius: ⁊ inter partē eē in toto: ex hoc ꝙ ꝑus posuit: q̄m aliq̄d eē in loco est sicut aquā eē in vase. ¶ Et dixit: cū igit̄ ꝯtinens ⁊c̄. i. ⁊ cū posuerim⁹ ꝙ locus est ꝯtinēs: ⁊ continēs est duob⁹ modis: aut ꝯtinuū cum locato: aut diuisum ab eo: s̄ ꝯtinēs: cū posuerim⁹ ꝙ loc⁹ est cōtinēs ꝯtinuū. U. g. suꝑficies corꝑis: tūc illud corp⁹ nō erit in illo ꝯtinēti sicut aqua in vase: ⁊ si sit verū: tūc ip̄m eē equale: s̄ est q̄si pars in toto: ⁊ iam diximus ꝙ locus nō est talis: ⁊ cū ꝯtinēs fuerit diuisum ⁊ ꝯtingēs: 34

Cōtīnens dr̄ de tribus.

tūc dicet̄ ꝙ locatū eſt ſicut aqua in vaſe: ⁊ ꝙ eſt eq̄le: ꝯtinens igit̄ dr̄ de tribus de fine ꝯtingēti: ⁊ de non ꝯtingenti: ⁊ de forma: ⁊ equalitas fallit̄ in fine nō cōtingenti: ⁊ eſt vā de ꝯtingēti: ⁊ dicere aliqd eē in loco ſicut aqua in vaſe: eſt verū de fine ꝯtingēti: ⁊ nō contingēti: ⁊ fallit̄ in forma: ⁊ facit drīaȝ inter locatū eē in corpore qđ eſt ſuū vbi: ⁊ iter partē eē in toto: ergo id de quo vē dn̄r iſta tria ꝓncipia eſt finis ꝯtingēs: et ꝯtinēs fallit̄ de inani: qđ eſt inter ſupficies vaſis cōtingētes aquā: qđ imaginat̄ eē loc⁹ apud dicētes vacuū eē: ergo hec tria ꝓpria nō vē dn̄r niſi de fine cōtinenti. ¶ Et forte illud: qđ ꝯgregat̄ ex eis eſt ꝓpriū fini contingenti: ⁊ conuertit̄ de illo: ita ꝙ ꝯcluſio ſit talis: locus eſt ꝯtinens ⁊ equalis: ⁊ res eſt in eo ſic̄ aq̄ in cypho: ⁊ qđ hȝ iſtas tres diſpōnes eſt finis contingens. ergo locus eſt finis ꝯtingēs: ⁊ iō dixit poſt.

¶ Caplm̄ in quo iueſtigat ⁊ aſſignat loci diffinitionē ꝑ genus ⁊ drīam. Cap. V.

Am igit̄ manifeſtum ex his qd eſt locus: forte aūt q̄ttuor ſunt quoꝝ neceſſe eſt vnum locū aliqđ eſſe: aut. n. mā ē: aut forma: aut ſpaciū aliqđ medium in medio extremoꝝ: aut extrēa: ſi non eſt vllum ſpaciū extra facti corporis magnitudinē: hoꝝ aūt ꝙ nō ꝯtingat tria eſſe manifeſtū eſt: ſed ꝑꝑ id qđ ꝯtinet videt̄ forma eē: in eodē. n. ſunt extrema cōtinentis ⁊ cōtēti: ſunt qdē. n. vtraqȝ termini: ſed nō eiuſdē: ſȝ ſpēs qdē rei: locus aūt ꝯtinētis corporis.

In eodē ſūt extrema ꝯtinentꝭ ⁊ ꝯtēti.

¶ Apparet igit̄ ex hoc: qd ſit locus. ſunt eniȝ quattuor: quorū locus dignius eſt vt ſit aliquis eoꝝ: eſt eni aut forma aut mā: aut aliq̄ dimenſio inter fines: aut finis: ſi nulla eſt dimenſio preter dimenſiones corporis qđ eſt in re: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ impoſſibile eſt vt locus ſit aliqđ iſtoꝝ trium: ſed ꝓpter cōtinentiam videt̄ eſſe forma: fines eni ꝯtinentes ⁊ contenti ſunt īſimul: dicamus igit̄ qm̄ ſunt ambo fines: ſȝ nō fines eiuſdē: ſȝ forma eſt finis eius quod continetur: locus vero eſt finis corporis continentis.

35 Dicit apparet igitur ex predictis ⁊ ex hoc qđ dicam quid ſit locatus. loc⁹ eni ſi eſt neceſſe vt ſit vnū quattuor. ſ. aut materia: aut forma: aut inane: aut dimēſio q̄ ē iter ſupficies vaſis: ⁊ h̄ intēdebat cū dixit: aut dimēſio iter fines. i. iter ſupficies ꝯtinētes locatuȝ: aut vt locus ſit ipſe ſupficies continētes: ¶ D. d. ſi nulla fuerit dimēſio ⁊c̄. i. ſi nō fuerit h̄ dimēſiōes tres ſepate. i. exn̄tes ꝑ ſe: ꝑter dimēſiōes corporiſ locati. dicēteſ. n. locū eē vacuū dicūt treſ dimēſiōeſ eē nō ī ſubo: ī qb⁹ ſubyciunt̄ dimēſiōes corpiſ. ¶ D. d. ⁊ mãifeᵐ ē ⁊c̄. ⁊ ītēdit ꝑ tria: formā: ⁊ mām: ⁊ dimēſiōes q̄ dn̄r vacuū: ⁊ ipſe ītēdit declare ēt cū ꝺſtructiōe vniuſcuiuſqȝ iſtoꝝ triū ſilitudinē iter vnūqđqȝ eoꝝ: ⁊ locū: ⁊ vnūqđqȝ nō exiſtimat̄ locū eē: ⁊ īcepit dare cām: ex q̄ exiſtimat̄ ꝙ loc⁹ ē forᵃ: ⁊ dixit: ſȝ ꝑꝑ ꝯtinētiā ⁊c̄. i. ſȝ ꝑꝑ h̄ ꝙ locus exiſtimat̄ ꝯtinere: ⁊ forᵃ exiſtimat̄ ꝯtinere ēt. ſ. ſupficies corpis locati: qr dr̄ in diffōne corpis ꝙ ē illud qđ cōtinet̄ ab vna ſupficie aut ſupficieb⁹. ¶ D. īcepit dare drīaȝ iter hunc finē: ⁊ finē q ē loc⁹. ⁊ dixit. dicam⁹ igit̄ ⁊c̄. i. qm̄ ſupficies corpis ꝯtinētis ⁊ ſupficies corpis ꝯtēti lȝ conueniāt ꝙ ſūt finis ⁊ ſupficies ⁊ ꝯtinēs: tn̄ nō ſunt finis eiuſdē: qm̄ forᵃ eſt finis corpis ⁊ ei⁹ termin⁹: loc⁹ aūt eſt finis corporis continētis corpus hn̄s formā.

¶ Sed ex eo qđ mutat̄ multotiens manente cōtinēte cōtentū ⁊ diuiſum: vt ex vaſe aqua ipm̄ mediū eē aliqđ videt̄ ſpaciū: tanq̄ȝ aliquid ſit ꝑter corp⁹ qđ diſtat: hoc aūt nō eſt ſed cōtingens incidit corp⁹ eorū: que diſtāt: ⁊ que ſe tangere apta nata ſunt.

¶ Et ꝑꝑ hoc ꝙ cōtentū diuiſum multotiēs ꝯtinente mutatur ꝑmanēte. V. g. aq̄ in vaſe exiſtimatur ꝙ eſt aliq̄ dimenſio iter fines: ⁊ ꝙ eſt aliquid ꝑter corpus qđ transfert̄: ⁊ nihil eſt hic tale: ſed cadit in ipm̄ qđlibet corp⁹ quodcūqȝ corp⁹ ſit corporꝝ: que trāſferūtur ⁊ nihil eſt hic tale: ⁊ innata ſunt tangi.

¶ Cū declarauit ꝙ loc⁹ nō eſt forma: neqȝ mā: ⁊ đdit ſilitudinē ex q̄ appet ꝙ loc⁹ ē forma: ⁊ diſſoluit illā: incepit dare ſilitudinē: ex q̄ appet ēt ꝙ loc⁹ ē dimenſio q̄ ē inter ſupficies corpis ꝯtinētis extranei. V. g. dimēſio q̄ eſt inter ſupficies vaſis. iſta. n. ē opio magis apparēs: qm̄ ꝑmū notū ē ꝙ aliqd eē in loco ē ſic̄ aquā in cypho: ſed vtꝝ loc⁹ ſit ſuperficies cyphi: aut inane qđ itelligit̄ iter ſupficies cyphi hȝ ꝑſcrutationē: videt̄. n. ꝙ ſignificatio vulgaris h⁹ ꝓpōnis in qn̄ dicūt aliqd eē in loco: eſt circa vacuū: qđ vulgus itelligit in vaſe. ⁊ ſi fuerit demōſtratū ꝙ nihil ē vacuū: tūc loc⁹ necio erit cōtinēs extraneū: ſed qr vulg⁹ nō ꝑcepit hoc nō poſuit hanc ſignificationeȝ h⁹ ꝓpōnis in. ⁊ iō iſta opio eſt valde apparēs: incepit igit̄ declarare ſilitudinē ſicut dixim⁹: q̄ fecit hoīes credere locū eē vacuū. ſ. tres dimēſiōes q̄ itelligunt̄ in vaſe ex ſubm. ¶ Et dixit. ⁊ qr cōtentū ⁊c̄. i. ⁊ qr corp⁹ qđ ꝯtinet finis cōtinēs q eſt loc⁹ in rei veritate tranſfertur qn̄qȝ fine manēte nō trāſmutabili in qbuſdā reb⁹ ꝑ tranſlationē corpis vt accidit aque qn̄ trāſfert̄ a cypho. ſ. qn̄ ſupficies cyphi ꝑmanet ſicut erat qn̄ aqua erat in eo: ⁊ exiſtimat̄ ꝙ loc⁹ eſt tale. ſ. ꝙ nō trāſfert̄ ꝑ tranſlationē locati: iō exiſtimat̄ ꝙ loc⁹ eſt vacuū: ⁊ dimēſio q̄ eſt inter ſupficies corporis cōtinētis locatuȝ. ⁊ adiuuat ēt hāc exiſtimationeȝ hoc ꝙ qn̄ aer erit a vaſe nullum corp⁹ remanet inter ſupficies vaſis: ſicut dicit Ariſto. poſt. ¶ D. incepit ꝯdicere huic opinioni. ⁊ dixit. ⁊ nihil eſt hic tale ⁊c̄. ideſt. ⁊ nō ſunt hic dimenſiones ſeparate in vaſe: que remanent vacue poſtq̄ȝ corpus ſeparat̄ ab eis: ſed cuȝ aliquod corpus ſeparat̄ a vaſe ſtatim cadit in ipſuȝ aliquod corpus quodcunqȝ ſit aut aer aut aqua: ⁊ non eſt hic corpus qđ ſeparatur a corpore: ita ꝙ inter illa ſit nō corpus: ſed omnia corpora tangunt ſe: ⁊ non diuiduntur abinuicem. ⁊ hoc apparet de cantaplora: et de alys: quod dixit. ¶ Et dicit ꝙ ſi eſſent hic dimēſiones in quas caderet corpus locatum cōtingeret vt quilibet locus eſſet locus cuiuſlibet corporis: ⁊ ſic ignis non eſſet proprium ſuperiori. ⁊ terra inferiori. ¶ Et cauſa in hoc eſt: quoniam ᵃ in dimenſionibus abſtractis ⁊ vacuo nō ſunt differentia: quib⁹ diuerſant̄: ſed nā eaꝝ 36

ᵃ In dimenſiōib⁹ abſtractis ⁊ vacuo ñ ſūt drīe: quib⁹ diuerſant̄. Sȝ nā eaꝝ ꝯſiſtis. Idem īfra. co. 42.

Fines corporū diuersant̃ ſm diuersitatē nãrū corporū. Jd. ꝑ. ca. de sba orb. ꝑ. celi. 72. z. ce. 6. z. 72.

a Oīa corpa mouentur ad sua vltia ꝓpa vt pficiant̃ p illa: ⁊ vt tangāt illa. Jdē ꝑ. celi. cō. z. t. xxiiij. Jdē h̄ ifra. cō xlii. 43. z. 48. et. cō. 69.

nã eaꝝ est ꝯsil'is: fines aūt corpoꝝ diuersant̃ ſm di/
uersitatē nãrū corporuꝫ: ⁊ in eis iuenit̃ supius ⁊ infe
rius: a ⁊ oīa corpora mouentur ad sua vltima ꝓpria
vt perficiantur per illa: ⁊ vt tangant illa.

¶ Si āt aliqđ eēt spaciū aptū natū: ⁊ manēs
in ipso infiniti vtiqꝫ eēnt loci: distāte. n. aere
⁊ aqua idē facient ptes oēs in toto: qđ nunc
oīs aqua in vase: sil' aūt ⁊ locus erit mutan/
dus: quare erit loci ali⁹ loc⁹: ⁊ multi loci sil'
erūt: nō est aūt alius locus ptis: in quo mo/
uet̃ cū totū vas trāsmutat̃: ſꝫ idē: in quo eni
ē mutat̃ aer ⁊ aqua: aut ptes aq̃: ſꝫ nō i quo
fiunt loco: q ps ē loci: q ē loc⁹ toti⁹ celi.

¶ Et si eēt aliqua dimēsio nāta pmanēs i ea
dem dispōne: tūc loca eēnt infinita: aqua. n.
⁊ aer qñ trāsferunt̃ partes faciūt in toto: ꝙ
aqua tota facit in vase: ⁊ cū h̄ loc⁹ erit trāsla
tum. ⁊ sic locus ēt habebit aliū locū: ⁊ erūt
multa loca insil': ⁊ locus ptis: in quo moue/
tur qñ trāsfert̃ totum vas nō est alius locus
ſꝫ idē: locus. n. in quo est aer ⁊ aqua: ⁊ par/
tes aq̃ est ille q trāsfert̃: nō q̄ veniūt in illuꝫ
locū: q ē ps in loco: q̄ ē loc⁹ ex toto celo.

37 ¶ Iste sunt alie rōnes: ex quib⁹ declarat ꝙ īpossibile
est dimēsiones eē sepatas p se extra mãm ⁊ formaꝫ
⁊ oīa accñtia: sic̃ existimant dicētes vacuū eē. ¶ Et
dixit. ⁊ si eēt hic dimēsio nāta. i. exñs per se ex̃ subm
. i. si tres dimēsiones quib⁹ corp⁹ diffinit̃ existūt per
se sine subto. ¶ D. d. pmanēs in eadē dispōne. i. non
trāsmutabilis neqꝫ trāslatabilis ſꝫ ꝙ existimāt opi
nātes h̄. ¶ D. d. tūc loca eēnt infinita ⁊c. i. qm̄ si loc⁹
eēt dimēsiones abstracte a mã: in quib⁹ dimēsiones
corpis subycient̃ ꝯtingeret loca eē infinita: cōtinget
. n. vt totū corp⁹ locatū: ⁊ ptes ei⁹ sint in loco essentia
liter: qm̄ si locus sit tres dimēsiones: in quib⁹ subyci
unt̃ dimēsiones corpis: ⁊ corp⁹: ⁊ q̄lꝫ ps eius hꝫ tres
dimēsiones: nec̃e est vt subtio toti⁹ in loco sit admo/
dū subiectionis ptis adeo ꝙ qñ aer: aut aq̃ intrat in
vas: subycient̃ ſm tres dimēsiones in trib⁹ dimēsio/
nib⁹ vasis. s. q̄ sūt inane: ⁊ sil'r ꝯtingit: vt medietas aq̃
ſm tres suas dimēsiones subyciat̃ in trib⁹ dimensio
nibus q̄ sunt medietas dimēsionum p̄mi loci: ⁊ sic de
medietate medietatis: ⁊ sic pcedit̃ in infinitum: ex q̊
ꝯtingit loca eē infinita: cū hoc ꝙ ꝯtingit ꝙ dimēsio/
nes ptis subyciunt̃ ēt in dimēsionib⁹: in quib⁹ totuꝫ
subycit̃: ⁊ sic erūt dimēsiones in dimēsionib⁹ in infi
nitū: ps. n. indiget dimensionib⁹ p se: in quib⁹ existat
sic̃ totū existit ⁊ differt a toto: dimēsiōes ptis q̄ sunt
suū vbi: indigēt existere in dimensionib⁹ toti⁹ q̄ sunt
suū vbi: ⁊ ita ꝙ sint diuerse a dimēsiōib⁹ toti⁹. ¶ Et
hoc intēdebat cū dixit: ptes. n. ⁊c. i. qm̄ queādmodū
ſm totū aq̃ q̄ est in vase: indiget dimēsionib⁹: in qui/
bus subyciat̃: ita ptes aque indigēt dimensionib⁹: in
quib⁹ subyciant̃: q̄ differūt a dimēsionib⁹ totius: qm̄
si dimēsiones ptis: in quib⁹ subycit̃ eēnt ptes dimen
sionū: in quib⁹ totū subycit̃: tūc ps nō eēt in loco per
se: neqꝫ totū ēt: totū. n. ēt est ps toti⁹ corpis ꝯtinētis: ⁊
illud corp⁹ alteri⁹ corpis ꝯtinētis: ita ꝙ sit ps totius
mūdi: ⁊ ꝯtinget in dimēsionib⁹: in quib⁹ subycit̃ to/
tum: vt indigeāt dimensionib⁹: in quib⁹ subyciant̃: ⁊
ille dimēsiones alys dimensionib⁹: ⁊ sic in infinitū.

¶ D. induxit ēt aliud īpossibile: ⁊ dixit: ⁊ cū hoc erit z
trāslatū ⁊c. i. ⁊ cū posuerim⁹ dimēsiōes eē sepatas: in
quibus subyciunt̃ dimēsiōes corpis: ꝯtinget vt loc⁹
moueat̃ eēntial'r ⁊ indigeat loco: qm̄ cū vas trāsfert̃
de loco i locū: ⁊ in eo fuerit aq̃: aut aer: ꝯtiget nec̃e si/
cus vas ſm totū mutat locū: vt dimēsiōes: in q̄bus ē
aqua in vase mutēt locū: ⁊ sic locus idiget loco: ⁊ cuꝫ
trāsfert̃ ad aliū locū: fient in eo alie dimēsiōes pma
nentes in vase q̄ mouent̃ p motū ei⁹. ⁊ sic ꝯtingit vt
in vase sint loca infinita: q̄ crescūt in vase p motū: ⁊
totū remanet: q̄ aq̃ remanet: ⁊ sil'r ꝯtingit ēt in par/
tibus aq̃. ¶ Et hoc intendebat cū dixit: ⁊ locus ptis:
in q̊ mouet̃ qñ trāsfert̃ totū vas nō est alius locus. ⁊
sil'r ptes loci: ⁊ ꝯtinget vt cū eo trāsferant̃ dimensio/
nes: in quib⁹ subyciant̃ aq̃: ⁊ ptes aq̃ in vase: ⁊ cū trās
fert̃ ꝯtinget: vt dimēsiōes q̄ sunt in vase: subyciant̃
in dimēsiōes: ad q̄s trāsfert̃ vas: ⁊ sic locus mouebi/
tur p se: ⁊ erūt multa loca insil'. ¶ D. d. loc⁹. n. in q̊ est
aer ⁊c. i. dicimus. n. ſm nostrā sniaꝫ ꝙ vas in q̊ ē aer:
aut aq̃: aut ptes aq̃: est illud qđ trāsfert̃ p se: ⁊ aq̃ exi
stit in vno loco q est vas: nō q̄ aq̃: aut ptes ei⁹ trāsfe
runt̃ p se: p trāslationē vasis ita ꝙ sint in loco q est
ps loci: ad quē trāsfert̃ totū vas: q est ps loci totius
mūdi. ¶ Et hic sunt multa īpossibilia manifestiora
istis q̄ sequunt̃ ex pōne dimensionū separatarū: que
post dicet Ari. qñ loquet̃ de vacuo: ſꝫ ista īpolia q̄ h̄
dixit: sequunt̃ ex pōne dimēsiōis sepate: nō ſm ꝙ ē
dimēsio sepata: ſꝫ ſm ꝙ ponit̃ loc⁹. ¶ Et Alexã. dic̃ Pri⁹ expō. Alexandri;
in hoc cap° qđ est valde difficile: ⁊ exponit ipm dua/
bus expōnib⁹. dixit. n. ꝙ cū dixit Aris. aq̃. n. ⁊ aer qñ
trāsferunt̃ ⁊c. forte intēdit: qm̄ si locus eēt dimēsio:
ꝯtingeret vt ptes aq̃ qñ aq̃ trāsfert̃: agerēt illud qđ
agit aq̃ q̄ ē in vase qñ vas trāsfert̃. i. qm̄ dimēsiōes i
quib⁹ ptes subyciunt̃ debent trāsferri cū ipsis ptib⁹
sic̃ ꝯtingit si aq̃ eēt in vase in dimēsione: vt dimēsio
in q̄ est trāsferat̃ cuꝫ vase: ⁊ dicit ꝙ sil'itudo iter hec
duo q̄ fecit ꝯsecutionē est: qm̄ vtrūqꝫ est ps totius: ⁊
ps nō mouet̃ p se. s. qm̄ aq̃ q̄ est in vase est ps ꝯgrega
ti sic̃ ps aq̃ trāslate est ps toti⁹ aq̃: ⁊ cū illud qđ ꝯtin/
git in vtraqꝫ pte est idē: ⁊ vas qñ transfert̃: ⁊ aq̃ exi/
stit in eo trāsfert̃ cū eo dimēsio: in q̄ est aq̃: ⁊ ꝯtingit
vt subyciat̃ in alia dimēsiōe: ita est de oībus ptibus
cuiusl'ꝫ moti: ⁊ cū ita sit: qđcūqꝫ corp⁹ trāsfert̃: nec̃e ē
vt p trāslationē ei⁹ trāsferant dimēsiōes partiū ei⁹:
⁊ subyciant̃ in dimēsionib⁹ loci ad quē trāsferunt̃: ⁊
sic in illo loco ꝯgregant̃ due dimēsiōes vni pti. ⁊ sil'r
de alys partib⁹: ⁊ deīde qñ 2ª trāsfert̃: trāsferunt̃ cū
vnaq̃qꝫ pte due dimēsiōes: ⁊ subycient̃ in 3ª dimen
siōe: ⁊ sic vna ps in 2ª trāslatiōe. s. in 2° loco habebit
dimēsiōes tres. ⁊ sic q̄to magis corp⁹ mouebit̃ in lo/
co: tanto magis habebit dimēsiones: ⁊ sic vna ps ha/
bebit dimēsiōes infinitas insil'. ¶ Scđa expō est: et Scđa expō. eiusdem.
est manifestior: vt dixit: ⁊ est vt ꝯdictio sit de ptibus
corpis qđ est in vase tm̄: hoc. n. manifestū. s. ꝙ si loc⁹
sit dimēsio ꝙ nec̃e est cū aq̃ q̄ est in vase: p trāslatio/
nem vasis trāsferat̃ dimēsio q̄ est in ipso: ex quo seq
tur: vt aq̃ q̄ est in vase habeat loca infinita: ⁊ h̄ sicut
dixit est manifestius. s. aquā q̄escere eēntial'r in vase
⁊ moueri p accidēs q̄ꝫ ptes eē in toto hoc mō: ⁊ ēt p⁹
rōcinatio nō sequit̃ nisi postq̄ꝫ ponit̃ ptes moueri p
accñs: ⁊ forte hoc nō ꝯcedet̃ nisi post ꝯcessionē eius
ꝙ est locus eē ꝯtinēs: q vō ponit dimēsionē q̄ est iter
supficies ꝯtinentis eē locū: opinat̃ partes eē in loco
eēntial'r. ¶ Et ideo videt̃ ꝙ nostra expositio est re/ Laudat expōnē ꝓpriā.

ctio2:q2 eſt fundata ſup hoc φ ptes ſunt in loco eēn-tialiter:ꝛ hoc ſequiť ex ſermone eoꝝ:ꝛ īpoſſibile ad qȯ īduciť:eſt ēt manifeſtū.ſ.φ vnū trāſlatū trāſferť in locis infinitis:ꝛ ꝓm hanc expoſitionē īduxit aquā in vaſe:vt appareat φ ꝯtingit eis φ ps dȝ eē in loco eēntialr:ſic aqua in vaſe eſt in loco eēntialr.

¶Et mā aūt videť vtiqȝ eē locus:ſi in quie-ſcente aliqs ꝯcederet ꝛ ſeparato:ſȝ ꝯtinua-to:ſicut.n.ſi altereť hoc qdē vtiqȝ nūc albū eſt:olim aūt nigrū:ꝛ nūc qdē durū:olim āt molle:vn̄ dicimus aliqd eſſe mām:ſic ꝛ lo-cus ꝑ hāc quādā videť eē fantaſiam:ꝓpter id qdē:qm̄ φ erat aer:nunc hic aqua eſt:lo-cus autem q2 vbi erat aer:hic eſt nūc aqua.

Mā neqȝ diuiſa eſt a re. neqȝ ꝯtinȝ rē ¶Sed mā quidē ſicut dictū eſt in priorib⁹ neqȝ diuiſa eſt a re:neqȝ continet rē:locus autem vtrunqȝ.

¶Et exiſtimať φ mā ēt eſt locus:qn̄ cōſide-ratio fuerit poſita ꝓm hoc φ in quieſcēte eſt aliquod tranſmutabile abſqȝ eo qȯ ſeparať ſȝ remanet ꝯtinuū:vt in vaſe ſit aqua:ꝛ non moueť vas:ꝛ tranſmutať aqua:ꝛ nō eſt ſe-parata a vaſe:ſȝ ꝯtinua cū eo:ꝛ fiet aer abſ-qȝ eo qȯ ſepať:ſȝ remanente ꝯtinuo:ꝛ quē-admodū in alteratiōe eſt aliqd:qȯ nunc ē al-bum:ꝛ prius fuit nigrū:ꝛ ēt qȯ nūc eſt du-rū:ꝛ prius fuit molle:ex quo dicimus mā eē aliqd:ſilr exiſtimam⁹ locū eē hoc modo imaginatiōis:ſed illa exiſtimam⁹ ꝓpter hoc φ illud qȯ fuit aer:eſt nūc aqua:locū vō exiſtimam⁹ eē:q2 vbi fuit aer:illic nunc ē aq̄.

¶Et mā ſicut dixim⁹ ſupi⁹ non eſt ſepata a re:neqȝ ꝯtinēs ipſā:in loco vō ē vtrūqȝ.

38 ¶Cum poſuit φ locus videť aliqȯ q̄ttuo2:ꝛ φ nō eſt aliquod trium.ſ.forma:aut materia:aut dimēſio in-ter vltima corporis cōtinentis:ꝛ dedit ſimilitudines que faciunt exiſtimare vnūquodqȝ eoꝝ:ꝛ primo de-dit ſimilitudinē que facit exiſtimare locū eſſe formā ꝛ que facit exiſtimare locū eſſe vacuum:incepit etiā dare ſimilitudinē que facit exiſtimare ipſum eē ma-

z teriam.¶Et dixit:ꝛ exiſtimať materiam eſſe locū .i.ꝛ ſimilitudo que eſt inter motū trāſlatōis ꝛ motū trāſmutationis que eſt generatio ꝛ corruptio eſt:qm̄ vtrūqȝ indiget aliquo:in quo fit trāſmutatio:ꝛ ideo exiſtimatur φ illud:in quo eſt trāſmutatio ꝓm gene-rationē ꝛ corruptionē qȯ eſt materia ſit ſubm trāſla-tionis.ſ.locus:ꝛ hoc exiſtimať quando aliqȯ corpus trāſm utať in aliud in vbi quieſcēte abſqȝ eo φ ſepa-ratur ab eo:ſed remanet continuū cū illo vbi:vt aq̄ que in cypho que tranſmutatur in aerē abſqȝ eo φ vas moueatur:ꝛ abſqȝ eo φ aqua diuidať a vaſe:qm̄ ſubiectum iſtius tranſmutationis eſt inſimul cū va-ſe:facit exiſtimare ipſū eſſe locum.¶D.d.ꝛ quēad-modum in alteratione ꝛc̄.i.ꝛ illud qȯ mouit nos ad-credendū materiā eſſe:ꝛ locū eſſe:eſt cōſimile.illud enim qȯ mouit nos ad credēdū materiā eſſe eſt ſub-iectū eſſe in alteratōe:quoniā quēadmodū in altera-tione aliquod eſt ſuper qȯ ſuccedūt ſibi duo ꝯtraria

U.g.albedo ꝛ nigredo ꝛ durities ꝛ mollities:ita φ in aliqua hora eſt album:ꝛ in alia nigrū:ꝛ ſimiliter in tranſmutatiōe que eſt in ſubſtātia:ꝛ eſt aliqȯ ſubm: vt in tranſmutatiōe aque in aerem:ꝛ aeris in ignē: ꝛ ſilr exiſtimauimus per motū tranſlatiōis locum eſſe:locus enim ita ſe hȝ in motu tranſlationis ſicut materia in motu ꝓm ſubſtantiā:ꝛ ſubiectū in altera-tione:ꝛ hoc intendebat cum dixit:ita exiſtimauimus locū eſſe ꝛc̄.¶Et cum dedit ſimilitudinē inter cām 3 facientē opinari locū eſſe mām:dedit differentiā:ꝛ dixit:ſed illā ꝛc̄.ideſt ꝛ eſt differentia inter has duas tranſmutationes:quoniā trāſmutatio q̄ induxit nos ad credendū mām eſſe:eſt tranſmutatio [a] que eſt in ſubſtātia:tranſmutatio aūt que induxit nos ad cre-dendū locū eſſe eſt trāſmutatio [b] in loco.ꝛ hoc itēde-bat cum dixit:quoniā illud qȯ fuit aer eſt materia aque.ideſt quia tranſmutatur ꝛ transfertur de for-ma aeris in formā aque.¶Deinde dixit ſignū de-clarationis φ mā eſt aliud a loco:ꝛ eſt qm̄ mā [c] non ſeparatur a re:neqȝ continet ipſam:locus vō ſepať ꝛ cōtinet.ergo in ſecūda figura.locus nō eſt mā.

¶Si igitur nihil triū eſt locus:neqȝ ſpēs:ne-qȝ materia:neqȝ ſpacium aliqȯ:ſed ſemper eſt alterū preter id qȯ rei diſtantia:neceſſe ē locum eſſe reliquū de quattuo2 cōtinentis terminū corporis:dico aūt contentū corp⁹ qȯ mouetur ꝓm loci mutationem.

¶Et cum locus nō ſit forma:neqȝ materia neqȝ dimenſio:quoniā ſi fuerit dimēſio cō-tinget:vt ſit hec alia dimenſio a dimenſione rei tranſlate:ſequiť vt locus ſit reſiduū.iiij. qȯ eſt vltimū corporis continentis:ſcilicet qȯ continet corpus contentum:qȯ innatū eſt moueri motu tranſlationis.

¶Cum poſuit hic quattuo2 quaſi contradictoria na-turaliter:ꝛ deſtruxit tria eorū:dixit.¶Cum igiť lo- 39 cus ꝛc̄.ideſt quoniā ſi locus fuerit dimenſio que eſt inter ſuperficies vaſis:neceſſe eſt vt ſint hic dimen-ſiones ſeparate alie a dimenſionib⁹ corporis tranſla-ti qȯ ſubycitur in loco:qȯ eſt impoſſibile:continget enim ex hoc vt ſint dimenſiones ſeparate:ꝛ alia im-poſſibilia que dicentur apud ſermonē in deſtructio-ne vacui.¶Et iſte ſermo eſt hypotheticus diuiſiu⁹ ſed illa que ponuntur in eo non ſunt cōtradictoria ſi-bi naturaliter:ꝛ ideo exiſtimatur eſſe probabile.ꝛ φ non vtitur ipſo niſi ad confirmandū demonſtratio-nem ſuper quam ſuſtentatus eſt:que eſt congregatio illorum exiſtentium in loco in continente:ꝛ quia cō-uertuntur adinuicem.

¶Uidetur autē aliquid magnum eſſe ꝛ dif-ficile accipi quidem locum:ꝛ propter id qȯ apparet eſſe materia ꝛ forma:ꝛ propter id quod in quieſcenti ꝛ continenti ſit tranſmu-tatio eius quod fertur:contingere autē vide-tur eſſe ſpacium medium aliqȯ aliud a mo-tis magnitudinibus:proficit autē ꝛ aliquid aer apparens incorporeus eſſe:videtur aūt non ſolum terminus vaſis eſſe locus:ſed ꝛ medium tanquā vacuum.

¶Et exiſtimať

¶ Et existimat̄ ꝙ cōprehendere locū est maximuꝫ ⁊ difficile: ⁊ hoc qđ apparet in eo de materia ⁊ forma: ⁊ qꝛ translatio translati est in ꝯtinente: ⁊ ipsum est quiescens: vñ ⁊ apparet hic esse aliā dimensionē aliquā aliaꝫ a dimensione quātitatū mobiliuꝫ: ⁊ adiuuat hoc aliquātulū aer qui apparet esse non corpus: ⁊ ideo facit apparere ꝙ locus nō tantū est vltimum vasis: sed cum hoc illud quod est in medio ita ꝙ sit vacuum.

40 ¶ Cum promisit dare diffinitionē de loco: ex quo appareat natura loci: ⁊ per quā dissoluant̄ qōnes accñtes in eo: ⁊ appareat cā difficultatis in cognitiōe substantie eius: ⁊ ƀm quā ꝯueniat omnibus exñtibus in loco: ⁊ iam apparuit ꝙ p̄mū ꝯtinens est illud per qđ ꝯuenit oībus exñtibus in loco per se: ⁊ declarauit similitudinē que est inter ꝯtinens ⁊ māꝫ ⁊ formā: ⁊ similitudinē ex qua existimatur locum esse māꝫ incepit declarare ꝙ ista sil̓itudo q̄ est inter ꝯtinēs ⁊ ista:

2 est cā difficultatis cognitiōis loci. ¶ Et dixit: ⁊ existimat̄ ⁊c̄. i. ꝑꝑ sil̓itudinē: quā diximus eē īter ipm ⁊ materiā ⁊ formā: ⁊ ꝑꝑ h̄ ēt ꝙ q̄dā corpora translata trāsferant̄ in ꝯtinēte qescēte vt aq̄ in cypho qescēte: ⁊ iō existimat̄ h̄ eē dimēsiōes sepatas īter supficies cyphi: ⁊ ꝙ ille dimēsiones sunt loc⁹. s. longitudo ⁊ latitudo ⁊ ꝓfunduꝫ q̄ imaginant̄ illic: qm̄ si supficies vasis corrūperent̄ apud exitū aque nō facerent apparere ꝙ īter supficies ei⁹ eēt inane: ⁊ iō nō existima

3 tur h̄ in colūna q̄ trāsfert̄ in aq̄ de loco ī locū. ¶ D. dedit aliā cām quā nōdū dixit: ⁊ est qꝛ aer qui est in vase est insensibilis: ⁊ est cā fortis: qm̄ ꝓpter hoc qñ aqua extrahitur a vase: existimat̄ ꝙ vas est vacuuꝫ: ⁊ dixit: ⁊ adiuuat hoc ⁊c̄. ⁊ est sermo manifestus.

¶ Est auteꝫ sicut vas locus transmutabilis: sic locus vas imobile est: vnde qñ in moto mouetur ⁊ mutatur intus vt flumine nauis tanquā in vase vertit̄ magis q̄ꝫ in loco continenti: vult aūt imobilis esse locus: vñ oīs magis fluuius locus est: qꝛ omnis imobilis est: quare continentis terminus immobilis primum locus hoc est.

Vult ēt imobilis eē loc⁹.

¶ Et queādmodū vas est locus translatus: ⁊ similiter locus etiam est vas imobile: ⁊ iō cum fuerit aliqđ continens intra qđ mouet̄: ⁊ transfertur in aliquo moto. Verbi gratia. nauis que mouetur in flumine: tunc continens apud ipsaꝫ quasi vas nō quasi locus: vnde necesse est vt locus sit imobilis: ⁊ iō si omnino fuerit flumen ƀm totum est digni⁹ vt sit locus: qꝛ totum est imobile: vltimum igitur ꝯtinentis imobile primū est locus.

Diffō ꝑfecta loci.

41 ¶ In diffinitione loci aliā dr̄iaꝫ ponit īter ipꝫ ⁊ vas: ⁊ est qm̄ vas est ꝯtinens ⁊ mobile essentialiter: locus v̄o est ꝯtinēs imobile nisi per accñs. ¶ Deīde dixit: ⁊ ideo cū fuerit aliqđ ꝯtinens intrinsecum qđ mouetur in aliquo mobili vt nauis: tūc ꝯtinēs ita habebit se apud ipm: sicut vas: nō sicut locus. i. ⁊ qꝛ locus est imobilis eēntial̓r: iō qñ locatū fuerit intra aliquod ⁊ illud intra qđ est. s. in quo est mouetur etiam: vt nauis que mouet̄ intra flumen per motū fluminis: tūc nō dicemus ꝙ istud ꝯtinens hꝫ se de ꝯtento: sicut locus sed sicut vas. ¶ Deinde dixit. g̊ necesse est vt locus sit imobilis. i. ⁊ si h̄ sit māifestū de loco necesse est vt locus sit imobilis essentialiter. ¶ Et iō meli⁹ est si dixerim⁹ ꝙ flumē est loc⁹ nauis: dicere ꝙ totū tñ est dignius hoc q̄ꝫ ꝯtinens naueꝫ: qm̄ flumen ƀm totū est imobile: nō enim est mobile nisi ƀm partes. ¶ Et significat ꝙ locus nō mouet̄ essential̓r: sed ꝙ locus est illud ad qđ mouetur res ⁊ quiescit in eo: ⁊ si aliquid mouetur ad motā rē: tunc motus eius esset ociosus: ⁊ hoc apparebit in alijs locis. ¶ Et cum dedit hāc differentiā dedit diffinitionē in qua perficiūtur oēs differentie determinātes nām loci: ⁊ dixit: vltimū igitur ꝯtinentis ⁊c̄. ⁊ intēdit per vltimū superficiē cōtinentē: ⁊ per primū superpositā corpori. primū igit̄ est differētia per quā differt cōtinens equale ab inequali: ⁊ per hoc ꝙ dixit imobilis essential̓r distinguit̄ finis ex̄nea a fine nāli. s. q̄ est sil̓is locato.

Documentū

Si aliqd mouet̄ ad motā reꝫ: tūc mot⁹ eius eēt ociosus.

¶ Et propter hoc medium celi: ⁊ vltimum ad nos circularis loci mutatiōis videtur eē: hoc quidem sursum: illud v̄o deorsuꝫ: maxime omnibus ꝓprie: qꝛ hoc semper quideꝫ manet: circuli autem vltimuꝫ similiter se habens manens est: quare qđ leue est qdē fert̄ sursum nā: qđ v̄o graue est deorsum: qđ q̄dem est ad medim ꝯtinēs deorsuꝫ est ⁊ ipꝫ mediū: qđ v̄o ad vltimū sursuꝫ est ⁊ ipꝫ vltimū: ⁊ ꝑꝑ hoc vr̄ planū qđdā esse sicut vas locus ⁊ cōtinēs: ampli⁹ simul cū re quodāmō est locus: simul eni fines sunt ⁊ locus.

¶ Et propter hoc opinantur omnes homines ꝙ mediū celi ⁊ vltimū motus circularis est locus: hoc aūt superius: hoc vero īferi⁹ principaliter: ⁊ hoc est: quoniā hoc est semper permanens: ⁊ vltimū circuli est permanens in eadem dispositione: cuꝫ igitur leue est translatabile naturaliter ad superius: ⁊ graue ad inferius: tunc inferius est vltimuꝫ continens qđ est versus mediū ⁊ ipsuꝫ medium: ⁊ superius est vltimū continens qđ est versus extremū ⁊ ipsuꝫ extremum: ⁊ iō existimatur ꝙ locus est aliquod planum: ⁊ q̄si est vas ꝯtinēs: ⁊ etiā locus ⁊ res sunt isimul: fines. n. ⁊ finitū apud ipsas sunt isil̓.

¶ Cū posuit ꝙ locus nō mouet̄ eēntial̓r: dedit super hoc rōne famosaꝫ: ⁊ dixit: ⁊ ꝓpter ⁊c̄. ⁊ intendit per mediū celi mediū mundi: ⁊ per vltimū motus circularis cōcauū orbis lune. ¶ D. d. hoc aūt supius. i. vltimus mot⁹ circularis motū orbiū: q̄ est orbis lune. ¶ D. d. h̄ v̄o īferi⁹: ⁊ ītēdit mediū mūdi qđ est locus terre. ¶ Et dixit p̄ncipal̓r ⁊ v̄e: qm̄ h̄ duo loca sūt superi⁹ ⁊ īferi⁹ simpl̓r: qđ nō est ita de loco aq̄ ⁊ aeris: loc⁹. n. aq̄ est īferi⁹ ēt: sꝫ nō simpl̓r: ⁊ simil̓r aeris loc⁹ est superi⁹: sꝫ nō simpl̓r. ¶ D. d. qꝛ illud est ꝑmanēs ⁊ intendit mediū veꝝ mundi. ¶ D. d. sed illud est ꝑmanens in eadē dispositione. id est quod non potest 42

Loc⁹ aq̄ ē inferi⁹: sꝫ n̄ simpliciter: ⁊ locus aeris est superius: sꝫ non simpl̓r. Idē. 4. celi. 26.

Supra tex. cō. 31.

Dubium.

Solõ pma.
Solõ scda.
Nũ ppõ maior ꝯuertitur possumꝰ arguere ex ãbabus affirmatiuis in scda figura. Jd. supra. cõ. 33. Idẽ. 2. phy. 33.

Dubiũ.
Solõ.

a In vacuo nõ sũt drẽe q̃bus diuidatur in superius ⁊ inferiꝰ. Jd .s.36. ⁊ infra 64. ⁊. 65.
Pria expõ.
b Finis ñ iuenit nisi qñ inuenit illd: cuiꝰ est finis. cõsimile. j. t. cõ. 107.
Scda expõ.

trãsferri ad iferiꝰ neq3 ad supiꝰ: ⁊ si mouetur circulariter. ¶ Et iste syll's est ex duabus affirmatiuis in scda figura: ⁊ ꝯponit sic. Supiꝰ oꝫ esse fixũ. Et ultim circulatiõis est fixũ. Ergo supiꝰ est vltim circulatiõis. ¶ Et põt dici ad h̃: qm̃ q2 rõ nõ est famosa nõ curat vti in hoc duabꝰ affirmatiuis in scda figuª. ¶ Et põt dici ad hoc ẽt ꝙ ꝓpõ maior ꝯuertit qñ addit ei h̃. s. vt fixũ sit in maxio supiori: qm̃ tũc syll's ꝯponit sic. Supiꝰ simplr est fixũ qd̃ est in vltio supiori. Et fixũ qd̃ est in vltio supiori ẽ vltim in circulatione. Ergo qd̃ supiꝰ est simplr est vltim in circulatiõe: ⁊ silr dr̃ d̃ iferiori. s. ꝙ cũ addit ei qd̃ est vltiº iferiori: tũc ꝯuersio erit vera. ¶ Et q2 vere diffõnes debent ꝯuenire oibꝰ spẽbꝰ rei diffinite: icepit declarare qũo ista diffõ loci ꝯuenit duabꝰ spẽbꝰ loci. s. supiori ⁊ iferiori: ⁊ dixit cũ igit leue ⁊c. i. cũ igr̃ leue trãsfert nãlr supiꝰ ⁊ trãsfert nãliter ad finẽ ꝯtinẽtẽ. g̊ supius est finis continens. Et existimat ꝙ ista ꝯclo est vlis: ⁊ in 3ª figura qd̃ nõ oꝫ. ¶ Sꝫ ista ꝯ̊ est vlis: q2 minor ꝯuertit vniuersalis affirmatiua: vñ syll's ꝯponit sic in pª figura Supiꝰ est id ad qd̃ transfert leue nãliter. Et illd̃ ad qd̃ trãsfert leue nãliter est finis vltime circulatiõis Ergo supius est finis ꝯtinẽs q inequat corpori vltiº. ¶ Et silr ꝯcludit ꝙ iferiꝰ est finis aque. s. ꝯcauũ aq̃: ⁊ dixit: ⁊ mediũ: qm̃ graue nõ querit hunc finẽ. s. finẽ aq̃ nisi ẜm ꝙ est mediũ totiꝰ: nõ ẜm ꝙ est finis aq̃: ⁊ si nõ tũc terra moueret ad aquã vbi eẽt finis eius: sicut ferrũ mouet ad magnetẽ vbicũq3 fuerit: ⁊ hoc nõ sentit de aq̃: ⁊ ẜmo de h̃ erit ꝑfecte in libº de celo ⁊ mũdo: hic. n. logt̃ de loco cõi vli oibꝰ corꝑibꝰ nãlibus. ¶ D. d. ⁊ iõ existimat ꝙ locus est ⁊c. ⁊ q2 corꝑa trãsferunt nãlr ad vltia. s. ad suꝑficies ꝯtinẽtes ipa: ⁊ qescũt in eis ẜm ꝯueniẽtiã ⁊ silitudinẽ necẽ est vt locus vltimꝰ sit: ⁊ q̃si est vas ꝯtinens nõ inane qd̃ est iter vltia: nõ. n. est ꝯueniẽtia iter inane ⁊ corpꝰ: ª neq3 in eo sunt drĩe qbꝰ diuidat in supiꝰ ⁊ inferiꝰ. ¶ D. d. ⁊ ẽt locꝰ ⁊c. ⁊ forte itẽdit qm̃ locꝰ ⁊ locatũ sunt relatiua ⁊ relatiua sũt isil': ⁊ cũ alteꝝ auferi: auferi ⁊ reliquũ ⁊ h̃ nõ iuenit nisi in loco q est finis. b finis. n. nõ iuenit nisi qñ iuenit illud: cuiꝰ ẽ finis ⁊ deficit ꝑ suũ defectũ: ⁊ si locus eẽt inane nõ eẽt necessariũ in suo eẽ locatũ eẽ: ⁊ tũc iueniret locꝰ sine locato. ¶ Et forte inducit per hoc rõnem qua declarat ꝙ locus debꝫ esse permanẽs cum permanentia corporis in eo.

¶ Capl'm in quo ostendit qualiter aliquid sit in loco. Capl'm. VI.

53 tpe. ¶ Et dicit:ꝛ est ēt aliud signū:qm̄ nō dicim⁹ ali- qd moueri in aliq̊ tpe nisi cū accepim⁹ instās: qđ est finis trāsmutatiōis:ꝛ instās qđ est p̄nᵐ ei⁹:qm̄ p hec duo instantia determinat̄ tp̄s: in quo ē trāsmutatio. Sȝ tacuit instās qđ est p̄nᵐ:qꝛ ħ intellectū est: nā oē tp̄s finitū nō fit finitū:nisi accipiēdo illud inter duo instātia:ꝛ iō dixit:ꝛ inter duo instātia est tp̄s.i.cū po- suerim⁹ꝙ oē tp̄s terminat̄ p duo instātia:ꝛ inter q̄lȝ duo instantia est tp̄s vt declaratū est: ꝛ posuerim⁹ ꝙ finis medietatis istius tpis : in quo motus totū mo- uetur.ſ.tp̄s.ȝ.c. terminat̄ ab instāti qđ est dr̄ia inter istas duas medietates. Manifestū est ꝙ cū motum fuerit in hoc instāti.ſ. ꝙ diuidit hoc tp̄s in duas me- dietates dicet̄ vere iā motū esse: ꝛ in alia medietate moueri:ḡ illđ qđ mouet̄ iā motū est.Et sil'r cū diuise rim⁹ illā medietatē in duas medietates: tunc in alia medietate vere dicet̄ moueri. ḡ ꝛ in dr̄ntia q̄ est iter duas medietates ip̄m iā eē motū:ꝛ sil'r in medietate medietatis:ꝛ sic in ifinitū.ḡ oē qđ mouet̄ iā mouebi tur. ¶ Et ħ itēdebat cū dixit : ꝛ finis medietatis est dr̄ia.i.ꝛ istās qđ ē finis alteri⁹ medietatis:ꝛ p̄nᵐ scđe est dr̄ia iter has duas medietates.ḡ nec̄e est vt motū in p̄ᵃ medietate dicat̄ iā motū eē:ꝛ i alia dicat̄ moue ri.ḡ anq̄ȝ moueat̄ iā mouebat̄. ¶ D.d.ꝛ vl'r ꝛc̄.i.qm̄ q̄lȝ ps tpis cū accipiat̄ pt diuidi i duas medietates ꝛ motū iyltia medietate dr̄ moueri;ꝛ i alia dr̄ iā motū esse. Si igit̄ diuisio tpis in medietates pcedit in ifi- nituȝ.ergo oē qđ mouet̄ necessario mouebat̄. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit: ꝛ cū oē tp̄s sit diuisibile ꝛc̄.i. ꝛ vl'r cū posuerimus ꝙ oē tp̄s est diuisibile per istā- tia inter quelibet duo instātia est tp̄us:ꝛ ꝙ ista diui- sio pcedit in tēpore demōstrato in infinituȝ: ꝛ qđ in quolibet instanti trāsmutatū dicit̄ iaȝ esse transmu- tatum:ꝛ in quolibȝ tēpore dicit̄ transmutari necessa rio aut illud transmutabat̄ infinities.

¶ Amplius autē si cōtinue qđ mutat̄ ꝛ non corrūpit̄ neq̄ȝ pausat a mutatiōe:aut muta- ri:aut mutatū esse:necesse est in quolibet: in ipso aūt nūc nō est mutari:necesse mutatum esse ſm vnūquodq̄ȝ ipsoꝝ nunc. Quare si ipsa infinita nunc sunt:necesse est omne qđ mutatur infinite mutatum esse.

¶ Et etiā si oē qđ transmutat̄ cōtinue absq̄ȝ eo ꝙ corrumpat̄:aut cessat trāsmutari : aut transmutat̄: aut iā transmutatū est necessa- rio in quacūq̄ȝ parte accepta fuerit ex eo : ꝛ sit ipossibile aliquid transmutari in instanti. Necesse est vt in vnoquoq̄ȝ instantiū sit iaȝ trāsmutatū: ꝛ si instantia sint infinita.

¶ Hec est declaratio q̄si vni⁹ ppōnuȝ quib⁹ vsus est
in p̄dicto sermōe.ſ.dicētis ꝙ in quolȝ instāti dr̄ trāſ 54 mutatū iaȝ eē trāsmutatū. ¶ Et đclaratio eius ē ta- lis.ſ.Oē transmutatū cōtinua trāsmutatiōe dū trās- mutat̄ dr̄ in tpe in quo iaȝ trāsmutat̄ ip̄ȝ eē trāsmu- tatū in quacūq̄ȝ pte tpis demonstret̄.Et oē tp̄s diui- dit̄ in tpa determinātia illa tpa ifinita: ꝛ ē ipoſe ip̄ȝ trāsmutari in istātib⁹:qm̄ i istāti nō fit trāsmutatio. ergo necesse ē vt in istāti sit iam trāsmutatuȝ: ꝛ si in- stātia sint ifinita seq̄t̄ vt illud qđ trāsmutat̄ sit trās- mutatū iā ifinities. ¶ D.d. aut transmutat̄ aut iam trāsmutatū est ꝛc̄.i.qm̄ oē trāsmutatū trāsmutatiōe ↄtinua dr̄ in quolȝ tpis eē trāsmutatū ꝛ trāsmutari. ꝛ cū posuit hāc ppōnē ꝛ iaȝ p̄dixerat ꝙ oē tp̄s ē diui sibile in tpa ifinita:ꝛ in istātia ifinita:dixit: ꝛ ē ipoſe aliqd trāsmutari in istāti ꝛc̄.i.ꝛ si in istāti nō dr̄ trās- mutari.ḡ necesse ē dici iā eē trāsmutatū:ꝛ ħ ē ita: qꝛ oīs pars tpis in quo ē mot⁹ nec̄io attribuit̄ ei motū. Et qꝛ ipoſe est ip̄m attribui istātib⁹.ſ. trāsmutari in eis remāet vt attribuat̄ eis ita ꝙ sit iā trāsmutatū. Qm̄ si hoc nō fuerit nō hēbit attributionez ad istas ptes.Sȝ positū ē ip̄m attribui oīb⁹ ptib⁹ tpis diuisi- bilib⁹ ꝛ idiuisibilib⁹: ꝛ ħ ē ipoſe. ¶ Et vocare ħ in- stans partem est trāsumptiue:ꝛ intēdebat ꝙ qꝛ istās est dr̄ia inter tp̄s p̄mū ꝛ scđm:manifestū est ꝙ oē qđ mouetur in secundo tempore iaȝ motū est in tēpore qđ est inter illud ꝛ primum.

Vocare istās ptem tpis est trāsumptiue. vide.ē.c.24.

¶ Nō solū aūt qđ mutat̄ nec̄e ē mutatuȝ eē: sed ēt mutatū necesse pri⁹ mutari. Oē.n.qđ ex quodā in quoddā mutatū ē: ꝛ in tpe mu- tatū ē. Si.n.in ipso nūc ex a.in b.mutatū.ḡ in ipso qdē nūc in quo est in ipso a.nō muta tū est. Simul.n.eēt in ipso a. ꝛ in b. Qđ.n. mutatū est cū mutatū ē:qđ nō ē in hoc:ostē suȝ ē pri⁹. Si ꝟo in alio ē: in medio est tp̄s. Non enim coniuncta erant ipsa nunc.

Qḋ mutatū̄ precessit mutari.

¶ Et non solūmodo illud qḋ transmutaṫ est necesse vt iam sit transmutatū: sed etiā illud qḋ est trāsmutatū ad aliqd necesse est ꝙ pri⁹ transmutabaṫ. Qm̄ omne qḋ transmutatū est de aliquo in aliqd transmutatū est in tpe. Sit igiṫ aliqd ⁊ transmuteṫ de a. in b. ergo necesse est vt in instanti in quo est in a. nō sit iam trāsmutatū. Qm̄ erit in. a. ⁊ in b. Nam iam declarauimus superius: ꝙ illud qḋ trāsmutatū est nō est in h: sed in alio. Ergo inter illa est tp̄s. Qm̄ instātia nō sunt sesea.

¶ Demr̄atio ꝑbās ꝙ opꝫ ꝙ oē qḋ moueṫ moueaṫ in tpe. nunc temporis.





55 ¶ Cū declarauit ꝙ omne qḋ trāsmutaṫ iaꝫ ꝑus trāsmutatū est: vult declarare ꝯuersuꝫ. s. ꝙ omne qḋ trāsmutatū est prius etiā trāsmutabaṫ. ¶ Et ideo dixit: ⁊ nō solūmodo ⁊c. i. qm̄ hoc similiter est in eis. Deinde incepit declarare hoc: ⁊ dixit: omne eniꝫ qḋ transmutatum est ⁊c. i. ⁊ ista ꝓpositio declarata est. s. ꝙ oē transmutatū est in tpe: ⁊ cuꝫ posuit hoc posuit transmutatū aliqḋ de aliquo terminato in aliqḋ terminatū qḋ est ꝑmū eius ad qḋ transmutaṫ. V. g. de a. in b. ⁊ dixit: sit igiṫ aliqḋ ⁊c. i. de aliquo cōtrario. s. a. ad cōtrariū: ad qḋ primo fit trāsmutatio. s. inter que nō est mediū: vt declaratū est superius: ꝙ illud qḋ transmutatur ꝑmo cum trāsmutaṫ est in illo ad qḋ: nō in illo ex quo: ⁊ hoc intēdebat cū dixit: est. n. in a. ⁊c. i. est enī in instanti alio ab instanti in quo est in b. qm̄ declaratū est ꝙ illud qḋ trāsmutaṫ nō est in hoc. i. in eo ex quo est transmutatio. ¶ D. d. si igiṫ fuerit in alio ⁊c. idest si igiṫ fuerit in eo ex quo in alio instanti ab eo quo est in eo ad qḋ: tunc inter illa erit tempus: ⁊ in h tempore mouebiṫ necessario: ⁊ omne qḋ dicitur iam motū esse dr̄ prius moueri: queādmoduꝫ illud quod trāsmutaṫ diciṫ prius fuisse transmutatum.

¶ Quoniam igitur in tempore mutatuꝫ est: tempus aūt omne diuisibile in medio aliud est mutatuꝫ. Et iterum in illius medio aliḋ: ⁊ sic semp. Quare mutabiṫ prius.

¶ Et ēt qꝛ trāsmutatū est in tēpore: ⁊ omne temp⁹ est diuisibile. In medietate eius erit transmutatio: ⁊ ēt in medietate illius medietatis trāsmutaṫ aliud: ⁊ sic semp. Quare necesse est ꝙ pri⁹ transmutabitur.

56 ¶ Hec est alia declaratio: ⁊ est ꝙ si omne transmutatuꝫ transmuteṫ in tpe: ⁊ omne tempus est diuisibile: tunc in medietate illius temporis dicetur transmutatum transmutari: ⁊ tunc diceṫ ipsum iā esse transmutatum in medietate illius medietatis: ⁊ similiter qn̄ fuerit in medietate illius medietatis diceṫ transmutari: ⁊ in medietate medietatis illius medietatis ipꝫ esse transmutatū: ⁊ sic in infinitū: ergo illud qḋ trāsmutatur iam est transmutatum.

¶ Amplius autem in magnitudine manifestius est: ꝙ dicitur ꝓpter id quod continua est magnitudo in qua mutatur qḋ mutaṫ. Sit enim mutatum ex c. in d. qḋ mutatur. Si quidem ergo indiuisibile est ipsum c. d. impartibile est impartibili cōiunctuꝫ. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem eē quod interest: ⁊ in infinita esse indiuisibile. Quare si in illa mutatur prius: necesse est ergo omne quod mutatuꝫ est mutari prius.

¶ Et etiam declaratum est hoc manifeste in magnitudine. Magnitudo enim est continua: ⁊ est illud in quo trāsmutatū transmutatur. Trāsmuteṫ igiṫ aliqd de c. in d. Vn̄ necesse est sic c. d. est idiuisibile: vt illud qḋ est idiuisibile sequaṫ idiuisibile. Sꝫ h est impossibile. Ergo inter illa est magnitudo: ⁊ ē diuisibile in infinitum. Ergo transmutabatur anteq̄ꝫ trāsmutaretur de c. ad d. Unde necesse est vt omne quod transmutatum est prius transmutabatur.

¶ Cū declarauit ꝙ oē transmutatū transmutabaṫ anteq̄ꝫ transmutareṫ: qm̄ oē trāsmutatuꝫ est in tpe: ⁊ oē tp̄s est diuisibile in infinitū: declarauit hoc idem per magnitudinē. ¶ Et dixit: ḋclaratū est h ⁊c. i. ⁊ declaratū est illud qḋ declarauimus per tp̄s ꝑ magnitudinem: ⁊ hoc est in trāsmutato in loco: ⁊ in quantitate: ⁊ ista declaratio est manifestior. Qm̄ magnitudo ē manifestior in hoc ꝙ trāsmutatio fit talis: sed nō est ita in tpe. ¶ Et Alex. dicit ꝙ nō intendit ꝙ declaratio q̄ est ex magnitudine est manifestior: q̄ꝫ illa que est ex tpe: cū vtrūq̄ꝫ sit cōtinuū. Sed intēdebat ꝙ declaratio que est in motib⁹ quātitatis est māifestior: q̄ꝫ qui sunt in qualitate: ⁊ verba Alex. sunt ista: ⁊ ꝙ diximus declarabiṫ magis in spacio: nā spaciū in quo trāsmutatū trāsmutaṫ est ꝯtinuū. ¶ D. d. trāsmuteṫ igr̄ aliqd ⁊c. i. ponaṫ igiṫ aliqd trāsmutari ꝑ aliquā magnitudinē de c. ad d. seqtur igiṫ vt si īter pūctū c. ⁊ d. nō fuerit linea diuisibilis: vt idiuisibile tangat indiuisibile: qḋ est impossibile. ¶ D. d. necesse est ergo vt inter illa sit magnitudo. i. ⁊ cū sit īpossibile idiuisibile seq idiuisibile: necesse est vt īter vltimum īdiuisibile ex quo motuꝫ moueṫ ⁊ indiuisibile ad qḋ moueṫ: sit magnitudo diuisibilis in īfinitū: ⁊ cum posuit hoc dixit: g trāsmutabaṫ ⁊c. i. ⁊ cū iter c. ⁊ d. sit magnitudo semp diuisibilis: ⁊ in q̄lꝫ magnitudine eaꝝ trāsmutatur trāsmutatū: nece ē ꝙ trāsmutabaṫ an̄q̄ꝫ trāsmuteṫ de c. in d. Et silr̄ seqṫ in oī vltimo vltimoꝝ qbus diuidiṫ. s. ꝙ nece est ꝙ ip̄m trāsmutabaṫ anteq̄ꝫ trāsmutatū sit in ipso. s. anteq̄ꝫ ꝑtranseat illā magnitudinē. Vn̄ nece est: vt dixit: ꝙ illud qḋ iam trāsmutatuꝫ est prius trāsmutabaṫ. Qm̄ si hoc nō eēt: a tunc inueniretur finis trāsmutationis sine trāsmutatione: ⁊ sic 57

inueniretur

a Impo... vt finis ... ne eo cu... finis. ... ph. 42. ... 107. ... de gnōn...

b Nihil dr iaz trāſmutatuz eē niſi fuerit i vltio trāſmutatio nis. phīe. 8. c. 52.

inueniretur finis ſine eo cuius eſt finis: quod eſt impoſſibile. b Nihil enim dicitur iam tranſmutatum eſſe niſi cū fuerit in vltimo tranſmutationis.

¶ Demonſtratio probans ꝙ ante omne mutatū eſſe precedit mutari.



¶ Eadē.n. demōſtratio eſt in nō cōtinuis vt in ꝯrijs: ⁊ in ꝯdictiōe: accipiem⁹.n. tp̄us in quo mutatū eſt: ⁊ iterū eadē dicem⁹. Quare necē ē mutatuz oē mutari pri⁹: ⁊ qḋ mutat̄ mutatū eē: ⁊ eſt ip̄o mutari mutatū eē pri⁹: ip̄o aūt mutatū eē mutari: ⁊ nullo mō ꝯprehēdit̄ primū. Cā aūt h⁹ eſt: nō eē ipartibile īptibili ꝯiunctū. In ifinitū.n. diuiſio ē ſic̄ in his q̄ augmētant̄ ⁊ minuunt̄ lineis.

¶ Seqtur igr̄ necīo vt illḋ qḋ iā trāſmutatū eſt pri⁹ trāſmutabat̄. Qm̄ demr̄atio eadem eſt in eo qḋ nō eſt ꝯtinuū oīo. V.g. in ꝯrijs ⁊ in ꝯdictiōe. Accipiem⁹.n. tp̄s in quo trāſmutat̄: ⁊ dicem⁹ ēt hoc idē. Ergo neceſſe ē vt illud qḋ trāſmutatū eſt iaz trāſmutabat̄. Illud igr̄ qḋ trāſmutat̄ pri⁹ erat tranſmutatū: ⁊ qḋ trāſmutatū fuit pri⁹ trāſmutabat̄. Et ipoſſibile eſt aliquo mō iuenire primuz. Et cā hui⁹ eſt: qꝛ ipoſ̄e eſt ipartibile ſequi ipartibile. Nā diuiſio eſt in ifinitū: ſicut i lineis: q̄ addunt̄ ⁊ diminuunt̄.

58 ¶ Ideſt mani^m eſt igit̄ ex hac demōſtratiōe q̄ vſi ſumus in trāſmutato ſ̄z quātitatē: ꝙ oē trāſmutatum ſimpl̄r trāſmutabat̄ añq̄ȝ ſit trāſmutatū: ſiue i quātitate: ſiue in q̄litate: aut i ſuba. Demr̄atio.n. q̄ vſi ſumus in trāſmutato eſt ꝓpinq̄ po^a in alio: ⁊ eadē ē demōſtratio in trāſmutatiōe in q̄litate ⁊ in ſuba. Qm̄ nō ē dr̄ia aliq̄ iter duas dm̄r̄atiōes: ſic̄ dixit: ſ̄z declaratio q̄ vſi ſum⁹ in magnitudīe: ⁊ in q̄ȝtitate trāſfert̄ ad tp̄s: cū oē trāſmutatū ſit in tp̄e. ¶ D.d. V.g. in ꝯrys ⁊ ꝯdictorys: ⁊ itēdit p ꝯria: trāſmutationē in q̄litate: ⁊ p ꝯdictoria: trāſmutationem in ſuba: qꝛ eſt de affir^ua in negatiuā: ⁊ eꝯ. ¶ D.d. accepim⁹.n. tp̄s ⁊c̄.i. ⁊ trāſferam⁹ illā demr̄ationē ad tp̄s: ponēdo ꝙ vnū qḋq̄ȝ iſtoꝝ trāſmutet̄ in tp̄e: ⁊ ꝙ oē tp̄s ē ſp̄ diuiſibile. ¶ Et dr̄ia iter hāc demr̄ationē quā iuenit: q̄ vſus eſt in his duab⁹ trāſmutatiōib⁹ ex tp̄e: ⁊ duas demr̄atiōes a qb⁹ icepit loq̄ i hac declatiōe: q̄ ſūt ēt ex tp̄e: eſt qꝛ ille due declatiōes fuerunt cōes oī trāſmutatiōi: ⁊ iſta ē q̄ſi ꝓp̄a his duab⁹ trāſmutatiōib⁹. ¶ D.d. q̄ necē ē ⁊c̄.i. duo q̄ſita: q̄ itēdebat declare. ſ. ꝙ trāſ

Documētū.

mutatū ē pri⁹ trāſmutabat̄: ⁊ ꝙ illud qḋ trāſmutat̄ pri⁹ trāſmutatū ē. ¶ D.d. illḋ igr̄ qḋ trāſmutat̄ ⁊c̄.i. ſeq̄t̄ igr̄ ex iſtis duab⁹ ꝯnib⁹: ꝙ oē iſtās in q̄ demr̄at̄ trāſmutatū trāſmutari necīo añ illā trāſmutationē erat trāſmutatū: adeo ꝙ ipoſ̄e eſt repꝛire initiū trāſmutatiōis: ſ̄z añ trāſmutatiōez ē trāſmutatio in ifi^m .ſ. in ꝓpo^a. ¶ D.d. ⁊ ipoſ̄e ē in aliq̄ mō iuēire p̄^m .i. iuenire p̄^{uz} trāſmutationē demr̄atā in actu. ¶ D.d. ⁊ cā in h̄ eſt ⁊c̄.i. ⁊ cā in h̄ ē: qꝛ magnitudo ⁊ mot⁹ ⁊ tp̄s n̄ ꝯponūt̄ ex idiuiſibilib⁹: qm̄ ſi mot⁹ diuideret̄ in idiuiſibile: tūc eēt illic p̄m⁹ mot⁹ ⁊ p̄^a magnitudo ⁊ p̄mū tp̄s. ¶ D.d. diuiſio.n. ē ifinita quēadmo^m in lineis: q̄ addunt̄ ⁊ diminuūt̄.i. q̄ ꝓcedūt in additiōe ⁊ diminutiōe in ifinitū: b vt declaratuz eſt in 3°.

Si mot⁹ diuideret̄ i idiuiſibile: tūc illic eēt primus motus ⁊ prima magnitudo ⁊ primuz tp̄s.

b Tertio phy. tex. cō. 59. ⁊ ide.

¶ Manifeſtū eſt igr̄: qm̄ qḋ factū eſt neceſſe eſt fieri pri⁹: ⁊ qḋ fit factū eē: q̄cūq̄ȝ diuiſibilia ⁊ ꝯtinua ſūt. Nō tñ ſemp̄ qḋ fit fcm̄ eſt: ſ̄z aliud aliqñ: vt illi⁹ aliq̄d: ſic̄ dom⁹ fundamētū. Sil̄r aut i eo qḋ corrūpit̄: ⁊ i eo qḋ corruptū ē: mox.n. ieſt ei qḋ fit: ⁊ qḋ corrūpit̄ ifinitū qḋdā: cū ſit ꝯtinuū. Et nō ē neq̄ȝ fieri: niſi aliq̄d ſit factū pri⁹: neq̄ȝ factū eē: niſi fiat aliq̄d. Sil̄r aūt ⁊ in corrupti ⁊ corruptū eē: ſemp̄.n. eſt ipſo corrūpi corruptū eē pri⁹: corrupto aūt eē corrūpi. Manifeſtuz igit̄: qꝛ qḋ factū eſt neceſſe ē fieri pri⁹: ⁊ qḋ fit factū eſſe. Ois.n. magnitudo ⁊ oē tp̄us ſemp̄ diuiſibilia ſūt. Quare in quocūq̄ȝ fit aliq̄d nō eſt vtiq̄ȝ ſicut primo.

Oē qḋ fcm̄ eſt necē ē fieri p̄us: ⁊ qḋ fit factuz eē prius neceſſe eſt.

¶ Et manifeſtū eſt ꝙ illud qḋ gn̄atū eſt neceſſe eſt qḋ pri⁹ gn̄abat̄: ⁊ qḋ gn̄at̄ pri⁹ gn̄atū fuit: ⁊ qḋ eſt ex hoc diuiſibile ⁊ ꝯtinuū. S̄ȝ nō ſemp̄ erit illḋ qḋ gn̄at̄: ſ̄z aliḋ. V.g. q̄dā illi⁹ vt fundamentū ex domo. Et eodē mō eſt de eo qḋ corrūpit̄: ⁊ qḋ corruptū ē. Eſt.n. necīo in eo qḋ gn̄atur ⁊ corrūpit̄ aliqḋ ifinitū cū ſit ꝯtinuū. Ergo ipoſ̄e ē aliq̄d gn̄ari qḋ pri⁹ nō gn̄abat̄. Et aliq̄d qḋ iā gn̄atū ſit nō pri⁹ gn̄ari. Et ſil̄r ē de eo qḋ corrūpit̄: ⁊ qḋ corruptū ē: ſemp̄.n. iuenim⁹ añq̄ȝ res corrūpat̄ iā corruptā: ⁊ anteq̄ȝ ſit corrupta corrūpebat̄. Ergo manifeſtū eſt ꝙ illḋ qḋ gn̄atuz eſt: neceſſe eſt ꝙ gn̄abat̄: ⁊ illud qḋ gn̄at̄: neceſſe eſt qḋ fuit gn̄atum: ois.n. magnitudo ⁊ oē tp̄s ſemp̄ ſunt diuiſibilia. Ex quo ſeq̄tur ꝙ illud in quo gn̄atur ipoſ̄e eſt vt ſit ita ꝙ ſit primuz.

¶ Cū declauit ꝙ oē qḋ trāſmutabat̄ in magnitudīe pri⁹ fuit trāſmutatū: ⁊ oē qḋ fuit tranſmutatū prius trāſmutabat̄ ꝓp̄a declatiōe: ⁊ declauit h̄ in trāſmutatiōe q̄litatis: ⁊ ſube declatione cōi: vult declare h̄ declatiōe ꝓp̄a de gnōne: ꝙ gnō q̄dāmō eſt i magnitudine: ſ̄z differūt: vt dic̄: qꝛ p̄tes magnitudis: ex qb⁹ gn̄atū gn̄at̄: ſūt diuerſe in ſp̄ē: ⁊ ſūt in motu locali: ⁊ augmēto eedē in ſp̄ē: ⁊ diuerſe in nuō. ¶ Et dixit: ⁊ qḋ eſt ex h̄ diuiſibile ⁊ ꝯtinuuz.i. ⁊ oē qḋ eſt ex gn̄a 59

Partes magnitudis ex quib⁹ gn̄atū generat̄ ſunt diuerſe in ſp̄ē, p̄ h̄ vide. 4. celi cō. 41.

bilib⁹ diuisibile: ⁊ ꝯtinuū dr̄ in eo qḋ gnātū ē qḋ ꝑus gnābat̄: ⁊ i eo qḋ gnāt̄ qḋ pri⁹ gnātū fuit. ¶ Et dixit h̄: ꝓseruādo se ex h̄: qꝛ sūt hec gnābilia indiuisibilia vt sentire: ⁊ ītelligere. ¶ Et qꝛ gnō ē trāsmutatio de nō subo in subz: ⁊ corrup⁰ ē trāsmutatio de subto in nō subm: iō trāsmutatū nō ē idē in ea de initio trāsmutatiōis vsqꝫ ad finē: q̄re ēt nec trāsmutatio ē eiusdē spēi. ¶ Nā mot⁹ gnōnis ⁊ corruptiōis est ꝯposit⁹ ex trāsmutatiōe in q̄litate: ⁊ trāsmutatiōe ī suba. Et trāsmutatio: q̄ est in suba ē nō in tpe. s. ꝓuent⁹ forme subal̄. ¶ Et ē ēt mot⁹ gnāti alic⁹ toti⁹ ꝯposit⁹ ex motibus ꝑtiū in gnābilib⁹ ꝯpositis ex mēbris diuersis: ⁊ ꝓp hūc mo^m extremū excepit h̄ ī gnōne: ⁊ dixit: sꝫ sp ēt illḋ ⁊c̄. i. sꝫ nō seq̄t̄ vt trāsmutatū ꝑcedēs in ea sit de spē trāsmutati posteriori: sꝫ de alia spē: lꝫ trāsmutatio sit eiusdē spēi. ¶ D. īduxit ex^m: ⁊ dix̄. V.g. q̄dā illi⁹ rei: qm̄ dom⁹ qꝛ ꝯpōit̄ ex gnōne alioꝝ corpoꝝ: nō seq̄t̄: vt ꝑtes trāsmutatiōis: aut trāsmutati in ea sint de spē postreme trāsmutationis: ⁊ h̄ silr̄ accidit in gnōne aīaliū ⁊ alioꝝ corpoꝝ organicoꝝ. In corporib⁹ v͛o simplicib⁹ nō accidit h̄ vt ī gnōne ignis ⁊ aq̄: sꝫ seq̄t̄ nec̄io: vt añ trāsmutationē positā sit alia trāsmutatio: siue illa transmutatio accipiat̄ diuisibilis: aut īdiuisibilis. s. finis trāsmutatiōis solūmodo: ita ꝙ nō sit finis trāsmutatiōis in gnōne. Nā finis trāsmutatiōis in gnōne nec̄io est de alia spē mot⁹: cū finis sit in suba: ⁊ trāsmutatio cui⁹ est finis est in q̄litate: sꝫ ista trāsmutatio: q̄ est in q̄litate non est in aliq̄ vna spē ei⁹. V.g. qm̄ cuꝫ sanguis gnātur: caro nec̄io alterabit̄ in plus q̄ꝫ in vnam q̄litatē: donec expellat formā sanguis: ⁊ hēat formā carnis: ⁊ sic est ītelligēda gnō corpoꝝ ꝯsiliuꝫ. ¶ Nam gnō est trib⁹ modis: aut gnō simpliciū: aut organicoꝝ: aut ꝯplōnis ⁊ mixtionis. ¶ D. d. ⁊ ꝭm hunc modū est de illo qḋ corrūpit̄: ⁊ qḋ corruptū est. i. qm̄ in motu corruptiōis non repit̄ p^m nāl̄r: sꝫ añ quēlꝫ motū īuētū in actu īuenit̄ mot⁹ ⁊ finis. Sꝫ forte illḋ qḋ est añ nō est de genere ei⁹: qḋ est post in gnōne ꝯpositoꝝ ex corporib⁹ diuersis: ⁊ qꝛ h̄ inuenit̄ in gnāto ꝑ accn̄s: ⁊ silr̄ in q̄litate: qꝛ est in ꝯtinuo: qḋ nō est ita ī loco ⁊ quāto. s. ꝙ ista diuisio est in istis duob⁹ motib⁹ eēntialiter: incitauit intētiōes hoīuꝫ ad h̄: ⁊ declarauit ꝙ ꝓp illud qḋ h̄ īuenit̄ in motu q est in magnitudīe declarabit̄ ip̄m eē in motu gnōnis ⁊ corruptiōis: cū gnō ⁊ corruptio nō sunt nisi in hn̄ti magnitudinē. Qm̄ cuꝫ h̄ fuerit declaratū in alijs trāsmutatōib⁹: q̄ sunt in magnitudinib⁹: ⁊ gnō ⁊ corruptio nō sunt ex̄ magnitudinē: lꝫ nō sint in ipsa magnitudine seq̄t̄: vt accidat ei illud qḋ est in magnitudine. s. vt in eis nō īueniat̄ p^m nāl̄r. ¶ Et dixit: est. n. nec̄io in eo qḋ gnātur ⁊ corrūpitur aliqḋ īfinitū cū sit ꝯtinuū. i. ⁊ nec̄e est: vt in eo qḋ generat̄ ⁊ corrūpit̄ sit aliqḋ nō hn̄s ꝑmū: qꝛ gnābile ⁊ corruptibile sūt in aliq̊ carēti ꝑ: qꝛ est diuisibile in īfinitū. s. magnitudine. Et h̄ qḋ dixit de gnōne ⁊ corruptiōe: ītelligēdū est de motu in q̄litate. igit̄ hoc ē trāsmutatōis: q̄ est in q̄litate ⁊ suba ꝑ accidēs. Trāsmutatiōis v͛o in vbi: ⁊ quanto ꝑ se. ᵃ ¶ Sꝫ q̄rit̄ de gnōne: qm̄ visuꝫ est in ea p^m nāl̄r. In gnābilib⁹ aūt q̄ ꝯponūt̄ ex corpib⁹ diuersis. s. nō silib⁹ mani^m ē de h̄ sic̄ cor in aīalib⁹: qḋ est p̄ᵃ ꝑs: ⁊ silr̄ ēt ī silib⁹ corpib⁹. ᵇ Qm̄ p̄ᵃ q̄ꝫtitas carnis ē termiata: qm̄ caro ꝭm ꝙ ē caro nō diuidit̄ in īfinitū. ¶ Nos āt dicam⁹ ꝙ gnō p̄ᶜ ꝑtis ꝯponit̄ ex alteratiōe ⁊ gnōne: qm̄ cum aliq̄d gnāt̄ ex aliq̊. v͛. g. caro ex sanguine p̊ amittent̄ q̄litates ⁊ accidētia ꝓpria sanguini: ⁊ fient accidētia ꝓpa carni: donec amittat̄ forma sanguis: ⁊ fiat forma carnis: ⁊ h̄ in fine mot⁹. s. nō in tpe. Si igit̄ in trāsmutatiōe: q̄ est in q̄litate nō īuenit̄ ꝑmū nāliter: qꝛ est in aliquo carenti ꝑmo nāliter ⁊ generatio est in tpe: qꝛ seq̄tur alterationē. Manifestū est ꝙ in eo nō est p^m nāliter. ¶ Et dixit: ergo īpossibile est ⁊c̄. i. ⁊ cuꝫ gnō nō habeat ꝑmaꝫ partē nāliter: īpossibile est aliquid demōstrari in gnātione qḋ prius nō generabat̄: qm̄ cū sit diuisibile cū fuerit trāsmutatū in illo vltimo quo diuidit̄: dicet̄ iam ingnātum eē: ⁊ silr̄ illud qḋ iam generatū est: dr̄ prius generari. D. d. ⁊ silr̄ est de eo qḋ corrumpit̄. ¶ Et debes scire ꝙ iste ꝓcessus in infinitū est in potētia nō in actu: ⁊ si nullus mot⁹ fieret in eo oīno. ¶ Et cum cōpleuit hanc declarationem repetijt illud qḋ declarauit: ⁊ dixit: ergo necesse est ⁊c̄. i. causa in h̄ est: ⁊ qꝛ generatio est in magnitudine ⁊ in tēpore: ⁊ vtrūqꝫ est diuisibile. ¶ D. d. ex quo seq̄tur ꝙ illḋ in quo generat̄: impossibile est vt sit ita ꝙ sit prima pars magnitudinis: in qua incepit motus generationis. ¶ Et non est intelligēdum ex hoc ꝙ nō inuenitur prima magnitudo ex generato: qḋ est ex partibus diuersis. Sed intentio eius est ꝙ nō inuenitur prima magnitudo ex generato: ex magnitudine in qua īcepit generatio ⁊ magnitudo que sit prima. s. qꝛ nō īuenitur prima magnitudo ex magnitudine rei: a qua incepit generatio.

Aliq̄ sūt gnābilia indiuisibilia sic̄ ē sentire ⁊ intelligere.

Mot⁹ gnātiōis ⁊ corruptionis est cōposit⁹ ex trāsmutatione in q̄litate ⁊ trāsmutatione in suba: ⁊ transmutatio q̄ est in suba ē ī nō tēpore. s. ꝓuētus forme substantialis.

Finis transmutatiōis in gnōne necessario ē ꝺ alia spē motus.

Gnō est tribus modis.

Diuisio ī motibus q sūt in loco ⁊ quāto est essentialr̄. Idem. 5. cō. 37. ⁊. 39. ⁊ in cō. 49.

a Nō vtruꝫ ratio ph̄i veritat in contineat ī gnōne.

b Pria q̄ꝫtitas carnis est t̄miata. Idē ꝑ ph. t. c. 38. ⁊ in cō. 32. sexti hui⁹. ⁊ q̄ ibi.

Nōnis solū.

Qn̄ aliq̄d generat̄ ex aliq̄ vt caro ex sanguine ꝑ amittent̄ q̄litates ⁊ accn̄a ꝓpa sanguini donec amittat̄ forā sanguis ⁊ fiat forma carnis: ꝯsile ꝑ phy. 62.

Documentū.

Sꝫ ꝑ cap⁰ de suba orb. vt dicet̄ opp^m. vꝫ. ꝙ accn̄tia termiata induc̄ūtur post formam.

¶ Caplm̄ in quo determinat̄ de finito ⁊ infinito in motu. Cap. IIII.

Quoniaꝫ autē omne qḋ mouet̄ in tēpore mouet̄: ⁊ in pluri maior magnitudo. ¶ In īfinito tēpore īpossibile est moueri magnitudinem finitam: nō eandeꝫ semper: ⁊ nō illius aliquid qḋ mouetur: sed in omni omnē. Quod quidē igitur si aliquid moueat̄ eque velociter: necesse est finitum in infinito moueri: manifestum est. Accepta enim parte que mensurabit totum in equalibus temporibus tantis ꝙ partes sunt per totam magnitudineꝫ motum est. Quare quoniam he finite sunt: ⁊ quantitate vnaqueqꝫ: ⁊ tot modis omnes: ⁊ tempus vtiqꝫ est finitum. Tot enim modis erit h⁹ quātuꝫ tēpus qḋ est partis multiplicatio: ꝭm multitudinē partium.

¶ Et quia omne motuꝫ mouetur in tempore: ⁊ in maiori tempore mouetur per mai⁹ spatium. Impossibile est vt in tempore infinito moueatur motu finito: sine eo ꝙ motus sit idem semper: ⁊ erit motum qḋ mouetur quoddaꝫ illius motus: sed mouetur ipso toto in eo toto. Quoniam manifestuꝫ est ꝙ si aliquid fuerit equalis velocitatis in motu: necesse est ꝙ per finitum moueatur in infinito. Quoniam si cum eo fuerit accepta aliqua pars que mensuret ipsum totuꝫ mouebit̄ per illud totum in tempore equa

In īfinito tēpore īpossile ē moueri magnitudinē īfinitam.

li. Ergo

li. Ergo si ille partes omnes fuerit finite ꝛ quãtitas cuiuslibet earũ: ꝛ numerus oiuz: necesse est vt tempus etiam sit finituz. Qm̃ numerus eius erit ꝑm tp̃s partis: cũ fuerit duplicatũ ꝑ numerũ partium.

60 Jam declauit h cũ declauit ꝙ oĩs magnitudo ꝛ oẽ tp̃s ẽ diuisibile sp: sꝫ illa declatio illic fuit ꝑ accñs: ꝛ iõ vult ꝑscrutari de h: non declatio quasus est illic nõ distiguit iter motuꝫ equalẽ ꝛ diuersum: ꝛ iter diuisiões finiti ꝛ infiniti. ¶ Et dixit: ꝛ qꝛ oẽ motũ mouet̃ i tp̃e: ꝛ icepit ab h: qꝛ si h nõ ꝯcesserit: ꝙ oĩs motus est in tempore non poterit dicere: ꝙ oĩs motus finit⁹ est in tp̃e finito: ꝛ cuꝫ sit ĩpossibile apud ĩpꝫ motũ esse nõ in tp̃e: ꝛ hoc mani^m est ꝑ se. ¶ Et cũ iduxit hãc ꝓpõnẽ q̃si ꝑtẽ ꝑcedentis: iduxit

Declatio ꝑ se ꝙ magnitudo ꝛ tẽpus sunt semꝑ diuisibilia.

Nisi ꝯcessuꝫ fuerit ꝙ oĩs mot⁹ ẽ in tp̃e nõ põt ꝯcedi ꝙ mot⁹ finit⁹ sit i tp̃e finito

2 aliã ꝑtẽ: q̃ est cã in ꝯsecutiõe ei⁹ qd̃ voluit declarare ꝛ dixit: ꝛ in maiori tp̃e ꝛc̃. ꝛ cũ posuit hoc dixit. g̃ impo͛le est ꝛc̃. ¶ D. posuit h ꝯditionẽ: ꝛ dixit: sine eo ꝙ mot⁹ ꝛc̃. i. ĩpossibile est vt mot⁹ moueat̃ in tp̃e infinito vno motu: nisi ille motus fuerit semꝑ: ꝛ infinitus in tp̃e ĩfinito: sꝫ illud qd̃ est ĩpossibile est vt sit mot⁹ ĩfinitus. ¶ D. d. ꝛ erit motũ: non qꝛ mouet̃ ꝛc̃. i. si illud motũ nõ attribuat̃ tẽpori ĩfinito: qꝛ est vnum: ꝛ mouet̃ in quodã illius motus ĩfiniti: ꝛ hoc ꝑm ꝑpetuitatẽ. ¶ Et addit hãc ꝯditionẽ ꝑseruãdo se a corpore celesti: qꝛ mouet̃ qd̃dã mot⁹ ĩfiniti in qd̃dã tẽporis infiniti: ꝛ iõ addit hoc: ꝛ. d. sꝫ mouet̃ ꝛc̃. i. ꝛ ꝑm istud motũ: de quo dicim⁹: ꝙ ĩpossibile est vt moueatur motu finito in tp̃e ĩfinito: nõ dr̃ hoc in eo: nõ in-

3 telligẽdo ꝙ mouet̃ toto motu i toto illi⁹ tp̃is. ¶ Et cũ ĩduxit in hoc ꝑmõe illd̃ qd̃ est q̃si ꝑcedẽs. ¶ D. ĩduxit ꝯñs icepit declarare ꝯtinuationẽ ꝛ. d. qm̃ manifestũ est ꝛc̃. i. qm̃ manifestũ est: ꝙ istud motũ aut erit eq̃lis velocitatis: aut diuerse: si equalis declarabit̃ ex h qd̃ dicã: ꝙ nõ mouet̃ motu finito nisi in tẽpore finito. ¶ D. narrauit qũo seq̃t̃ hoc ꝛ dixit: qm̃ cũ fuerit accepta ꝛc̃. i. qm̃ cũ posuerim⁹ aliqd moueri motu termiato ꝑ spatiũ termiatũ. U. g. ꝑ spatiuꝫ b. b. ꝛ deinde acceperim⁹ ex hoc spatio partẽ: manifestũ est: ꝙ ꝑtrãsiuit illã partẽ in ꝑte tp̃is in quo ꝑtrãsiuit totũ spatiũ: ꝛ ꝙ cũ ꝑtrãsiuit illud idẽ spatiũ: ꝑtrãseũdo oẽs illas ꝑtes eq̃les in quas spatiũ est diuisum: qd̃ ẽt ꝑtrãsiuit eas in tp̃ib⁹ equalib⁹: quoꝝ nũerus est: sicut illaꝝ partiũ. Cũ necesse sit vt nũerus tẽpoꝝ sit sicut nũerus partiũ spatỹ: ꝛ vt tẽpora sint eq̃lia: qꝛ ꝑtes sunt eq̃les: ꝛ motus est equalis. ¶ D. d. g̃ necesse est si ille ꝑtes ꝛc̃. i. ꝛ cũ necesse sit vt numer⁹ partiũ tẽporis in quo totũ motũ mouet̃ sit finitus: ꝛ vtraqꝫ pars est finita: cũ sint equales partib⁹ spatỹ ꝛ ꝑtes spatỹ sunt finite: nec̃e est vt tp̃s ꝯpositũ ex illis partib⁹ finitis sit finitũ. Nã ꝯpositũ ex ꝑtib⁹ finitis in magnitudine ꝛ numero equalib⁹ est finitũ necessario. ¶ D. d. qm̃ nũerus eorũ ꝛc̃. i. qm̃ numerus partiuꝫ: que sunt duple partis spatỹ mẽsurãtis illud sit numerus duploꝝ partis tẽporis in quo pertrãsiuerunt illud spatiũ. s. qd̃ si in spatio fuerit decupluꝫ illi⁹ partis: ꝛ in tẽpore ẽt erit decupluꝫ partis in qua motũ pertrãsiuit partes spatỹ.

Cõpositũ ex ꝑtib⁹ finitꝭ in magnitudie ꝛ nuõ eq̃lib⁹ ẽ finitũ nec̃cario. Idcꝫ 8. 20. ꝛ 21. Idẽ i cõ. sequẽti.

¶ Sed si nõ sit eque velociter differt nihil: sit eni in quo a. b. spatiũ finitũ: qd̃ motũ sit in ĩfinito tẽpore: ꝛ tẽp⁹ infinitũ in quo c. d. Si igit̃ necesse est pri⁹ alterũ altero motum esse: hoc aũt manifestuꝫ ꝙ tẽporis in priori ꝛ posteriori alterum est totũ. Semꝑ enim in pluri alterũ est motũ esse: siue eque velociter mutet: siue nõ eq̃ velociter mutet: siue intẽdatur motus: siue remittatur: siue maneat nihilminus. Accipiat̃ igitur aliqd a. b. spatỹ ꝙ sit a. b. qd̃ mẽsurat a. b. Hoc itaqꝫ infiniti in quodã factũ est tẽpore. In infinito. n. non põt esse. Omne enim in ĩfinito est ꝛ iterũ alterũ iam si accipiamus quãtuꝫ est a. b. necesse est in finito tẽpore esse. Omne eniꝫ est in ĩfinito: ꝛ sic accipiens: qm̃ infiniti qdẽ nulla pars est que mẽsurat. Impossibile eniꝫ infinitũ esse ex finitis: ꝛ eq̃libus: ꝛ inequalibus. Propter id qd̃ mensurantur finita multitudine ꝛ magnitudine a quodã vno: siue eq̃lia sint siue ĩequalia. Finita aũt magnitudine nihil minus. Spaciũ aũt finituꝫ tantis que sunt a. b. mẽsuratur. ergo in finito tẽpore a. b. mouetur. Silr̃ autẽ ꝛ in quiete. Quare neqꝫ fieri neqꝫ corrũpi: possibile est semꝑ aliqd vnum ꝛ idem.

¶ Et si etiã fuerit ĩequalis velocitatis nõ est in hoc differẽtia. Sit igit̃ a. b. lõgitudo per quã est motus finita. ꝛ sit per quã res mouetur in ĩfinito. ꝛ sit tẽpus ĩfinitũ c. d. Cuꝫ igit̃ necesse est vt qddaꝫ moti moueat̃ ante qddam. Et hoc manifestũ est. Qꝛ priori ꝛ posteriori ex tempore mouetur vnuꝫ post aliud. Quia in maiori semper motũ est aliud a precedenti: siue transmutatio eius fuerit equalis in velocitate aut non equalis: ꝛ siue motus eius augmẽtetur: aut diminuatur: ꝛ nõ minus si remanet in eadem dispositione. Accipiatur igit̃ ex longitudine a. b. aliqua pars ꝛ sit a. b. que mẽsuret a. b. Ista igitur pars in quo tẽpore fuit de tẽpore infinito: qm̃ ĩpossibile est vt sit ĩfinitũ: qm̃ tota mẽsurat̃ in infinito. Et si ẽt acceperim⁹ aliã partẽ ꝑm mensuram a. b. necesse est vt sit in tẽpore finito: qꝛ totum fuit in ĩfinito. Et sic fecerimus in eis: q̃ accepimus ex eo. Quia ex ĩfinito nõ est aliqua pars oĩo ad quã mẽsuret̃. Qm̃ infinitũ ĩpossibile est vt sit cõpositum ex finitis equalibus aut ĩequalib⁹. Et cũ finita fuerint numerus aut magnitudo: mensurabit illa vnũ: siue fuerint eq̃lia ꝛ nõ minus: siue fuerint ĩequalia postq̃ꝫ fuerint termiata in magnitudine salteꝫ. Et longitudo finita est longitudo: que mensuratur ab aliqua mensura: vt a. b. Ergo in tp̃e finito necesse est ad illud moueri per longitudinẽ

Infiniti nulla ẽ ꝑs mẽsurans ĩpm. Impo͛le ẽ ĩfinitũ ꝯponi ex finitis eq̃lib⁹ vel ĩeq̃libus.

a.b. Et silr est de quiete. Unde sequit̃ ꝙ i-
possibile est idem gnāri ꝛ corrūpi semp.

¶ Demōstratio ꝓbans ꝙ si magnitudo est finita ꝙ
tēpus īfinitū esse nō potest.



6i ¶ Cū declarauit ꝙ īpossibile ē vt spatiū finitū ptrā-
seat̃ in tpe īfinito in moto eq̄lis velocitatis. ¶ Dic̃
ꝙ silr est in motu ineq̄lis velocitatis ꝛc.i.ꝛ īdifferē-
ter: siue motū fuerit eq̄lis velocitatis: siue nō. ¶ D.
īcepit declarare h: ꝛ dixit: sit igr̃ a.b.ꝛc.i. sit igit̃ lon-
gitudo finita p quā est vnꝰ motꝰ finitꝰ: q est in tpe īfi-
nito lōgitudo a.b.ꝛ sit tp̄s īfinitū tp̄us c.d. ¶ Deide
p̄posuit ad h declarādū ꝓpōnē nec̄iaʒ in hac p̄dcā
decl'atiōe: ſʒ nō p̄dixit eā p̄us ꝯfidēdo quēlʒ cōside-
rantē hr̃e eā in mēte: ꝛ dixit: ꝛ cū nec̄e est ꝛc.i.ꝛ cū h
posuerimꝰ ꝛ ꝯiūxerimꝰ ei aliā ꝓpōnē notam: ꝛ est ꝙ
nec̄e est vt ī eodē motu qdā moueat̃ añ qdā. v.g.
in motu q̄litatis q̄dā ptes añ q̄sdā: ꝛ in quātitate q̄-
dā ptes q̄ātitatis añ q̄sdā: ꝛ in vbi silr. s. ꝙ motū mo-
uebit̃ q̄busdā ptibꝰ motꝰ añ q̄sdā. ¶ Et nō ītēdit p-
tes rei q̄ est subʒ motꝰ. s. īdiuiduū sube motū: qm̄ h
nō est veꝝ de eo in oībꝰ motibꝰ: ꝙ q̄daʒ ptes eiꝰ p̄ce-
dūt q̄sdā: h.n. non veꝝ nisi in q̄litate: ꝛ silr in gnātō
dissiliū ptiū: in motu v̄o locali: aut motu augmenti
nō. Partes.n. istoꝝ motuū sunt in toto moto quēad-
moduʒ totꝰ motꝰ est in toto. ¶ Sʒ ꝛ motꝰ hʒ duplex
subm. s. genꝰ p̄dicamētoꝝ: in quo est motus: ꝛ subam
subiectā illi generi: ꝛ vtrūqʒ dr̃ eē motꝰ. Intelligen-
dū est hic p motū nāʒ subiectā motui: nō īdiuiduuʒ
sube deferēs illud. [a] ¶ D.d. illud ex q̄ appet h p̄fe-
cte: ꝛ dixit: h manifestū est ꝛc.i.ꝛ h ꝙ motuū q̄ddaʒ
est post q̄ddā manifestū est. nā in tpe p̄ori erit prius
eiꝰ: ꝛ in posteriori posteriꝰ: qm̄ q2 tp̄us hʒ priꝰ ꝛ poste-
rius: iō motū in eo hʒ priꝰ posteriꝰ. ¶ D.d. qm̄ ī ma-
iori ꝛc.i. qm̄ in maiori tpe erit motū aliud a p̄ori: qō
est in mīori tpe: siue fuerit eq̄le in velocitate: aut in-
eq̄le: ꝛ dixit h: q2 h ꝓpō est v̄a in vtraqʒ decl'atiōe. s.
in declarare hoc de moto ꝙ ē eq̄lis velocitatis: ꝛ di-
uerse velocitatis. [b] ¶ Et q2 illud qō est diuerse ve-
locitatis iuenit̃ tribꝰ modis: aut crescit: aut diminui-
tur: aut vtroqʒ mō: ꝛ h est ineq̄le in eis. s. cū h ꝙ par-
tes moti sint q̄dā añ q̄sdā: dixit: ꝛ si motꝰ eiꝰ ꝛc.i.ꝛ h
ꝙ q̄dā ptes p̄cedūt q̄sdā: iuenit̃ ēt in diuersis h mō
diuersitatis nō minꝰ q̄ꝫ ineq̄libꝰ. Et silr est intelligē-
dū h si q̄nqʒ crescit: ꝛ q̄nqʒ diminuit̃. ¶ Et cum di-
xit: ꝛ cū nec̄e est vt q̄ddā moti añ q̄ddā: deinde acci-
dit ei declarare hoc īduxit ꝯñs: ꝛ dixit: accipiat̃ igit̃
ex lōgitudine a.b. aliq̄ ps. i. lōgitudo quā p̊ posuit: ꝛ
q.d.ꝛ cū posuerimꝰ lōgitudinē finitā. s. a.b. in tpe fi-
nito. s. c.d.ꝛ fuerit positū nobis ꝙ q̄dā ptes motus: ꝛ
moti p̄cedūt q̄sdā: accipiamus ex hac lōgitudine q̄ꝫ
possumꝰ. s. a.b. aliquā partē mēsurantē illā: ꝛ sit a.h.
¶ D.d. illa igr̃ ps ꝛc.i. ista igr̃ ps mēsurās: ī quo tpe
tp̄is īfiniti fuit accepta. Nā īpōſe est vt tp̄s sit īfini-
tuʒ. s. tp̄s: in quo motū ptrāsit hāc ptē: qm̄ totū istud
spatiū ptrāsit̃ in tpe īfinito. Sʒ ē īpōſe vt ps ꝛ totū
ptrāseant̃ in eodē tpe. ¶ D.d.ꝛ si accepimꝰ ēt ꝛc.i. si
igr̃ accepimꝰ ex illo spatio aliā ptē eq̄lē pti a.h. quaʒ
posuimꝰ mēsurare spatiū: nec̄e est vt motū ptrāseat
hāc ptē: ēt ī tpe finito. Nā iā posuimꝰ motū ptrāsire
ipsaʒ in tpe īfinito. Et indifferēter: siue posuerimꝰ ꝙ
motꝰ eiꝰ p hāc 2am ptēʒ fuerit velocior: aut tardior q̄ꝫ
motꝰ eiꝰ p aliā ptē: aut eq̄l'. ¶ D.d. si igr̃ accepimꝰ ꝛc.
i. silr si diuisimꝰ 3am mēsurā eq̄lē p̄me: seq̄t̃ vt motū
ptrāseat illā in tpe finito. Et cū sic fecerimꝰ in diui-
sione ꝯsumet̃ spatiū: ꝛ ꝯgregabit̃ ex ptibus: in q̄s di-
uidit̃ illud spatiū nūerus terminatꝰ finitꝰ: ꝛ ex tpibꝰ
in quoꝝ vnoquoqʒ ptrāsit vnāquāqʒ illaꝝ ptiū spa-
tij: ꝛ qō ꝯponit̃ ex finitis est finituʒ. Et nec̄e est g̊ ꝙ
tp̄s in quo h ptrāsit totū spatiū est finitū nec̄io: ꝛ h
intēdebat cū dixit: ꝛ cū sic fecerimꝰ ꝛc.i.ꝛ silr cuʒ fe-
cerimus diuidēdo spatiū: nec̄e est tp̄s diuidi in par-
tes eq̄les in nuō ptibꝰ spatij. Et si ptes tēpoꝝ nō fue-
rint eq̄les in se: ꝛ erit tp̄s ꝯgregatū finituʒ: qm̄ possi-
bile mēsurari p partē eiꝰ: ꝛ īfinitū nullā hʒ partē a q̄
mēsuret̃. Nā īfinitū īpōſe est cōponi ex finitis eq̄li-
bus: aut ineq̄libꝰ. Et iā posuimꝰ ꝙ istud tp̄s cōponit̃
ex finitis. ¶ D.d. cū finita fuerint nūerus ꝛc.i.ꝛ cuʒ
nūerus ꝛ magnitudo q ꝯponunt̃ ex finitis mēsuran-
tur ab vno: siue fuerit eq̄lia: siue ineq̄lia. ¶ Et ordi-
natio istaꝝ ꝯpōnū est talis. Qm̄ p̄m posuit ꝙ īfinitū
īpossibile est mēsurari a sua pte. ¶ D. dedit cām in
hoc: ꝛ est q2 īfinitū nō ꝯponit̃ ex finitis eq̄libus: aut
ineq̄libꝰ. ¶ D. induxit aliā ꝓpōnē: ꝛ est ꝙ magnitu-
do finita: aut numerus finitꝰ pn̄t mēsurari a sua pte:
siue magnitudo: aut numerus ꝯponant̃ ex equalibꝰ:
aut ineq̄libus. ¶ Et sic syllogismꝰ ꝯponit̃ in scd̄a fi-
gura tali mō. Tp̄s in quo motū ptrāsit hoc spatiuʒ
pōt mēsurari a sua pte: cū sit ꝯpositū ex ptibꝰ finitis
lʒ nō eq̄libꝰ. Et tp̄s īfinitum nō pōt mēsurari ex sua
pte. Ergo tp̄s in quo motū ineq̄lis velocitatis ptran-
sit spatiū finitū nō est īfinitū: ꝛ hoc est incōueniēs.
Ipe aūt vr̃ q̄si nō ordinare istū syllogismū hoc mō:
ſʒ posuit post has duas ꝓpōnes: ꝙ longitudo in quo
trāsmutat̃ trāsmutatū mēsurat̃ a sua pte. ꝛ hoc intē-
debat cū dixit: ꝛ lōgitudo finita mēsurat̃ ab aliqua
mēsura: vt a.h. ¶ D.d. g̊ in tpe finito ꝛc.i. qm̄ cū ista
trāsmutatio mēsuret̃ a sua pte. ¶ Et silr tp̄s ī quo
est motꝰ p mēsurā magnitudinis ex rebꝰ finitis. Tē-
pus igr̃ in quo trāsmutatio fit mēsurat̃ a sua pte. Et
q̄cq̄d mēsurat̃ a sua pte est finitū. Ergo hoc tp̄us est
finitū. ¶ D. dixit: ꝛ silr de gnōne. s. qm̄ īpōſe ē aliq̄d
gnāri gnōne finita in tpe īfinito. Gnātio.n. est trās-
mutatio in magnitudine: ꝛ iō potētia istiꝰ declaratio-
nis est vis declaratiōis: q̄ cōis est modis oīuʒ trans-
mutationū. s. q̄tuor sunt.n. corpa. ¶ Et in libro Ioā-
nis loco huiꝰ dictōis gnātio ponebat̃ hec dictio q̄es.
Et si h fuerit tūc intentio erit ꝙ ita est de q̄ete in h
sicut de motu. Qm̄ cū q̄es sit p̄uatio motus q inatus
est existere in q̄escēte: ꝛ motus finitus īpossibile est
vt sit in tpe infinito. Ergo ꝛ q̄es finita īpossibile est
vt sit in tpe infinito: dixit Ioānes: ꝛ q̄dā intelligunt
h per q̄etē ire ad q̄etē: ꝛ dixerūt hoc: nā q̄es non de-
terminat̃ nisi p tp̄s. ¶ D.d. ex quo seq̄t̃ ꝙ īpossibi-
le est ꝛc.i. qm̄ gnō ꝛ corruptio: q2 finite videntur. Et
trāsmutatio finita est in tpe finito. Ergo nihil gnāt̃
semp: aut

Documentū

Nō ē veꝝ in oī motu ꝙ q̄dā ptes eiꝰ p̄cedūt q̄sdam nisi ī q̄litate. Et in gnātō dissiliū ptiū: ſʒ nō ī motu locali: neqʒ ī motu augmēti: ptes.n. istoꝝ motuū sūt in toto moto quēadmodū totꝰ motꝰ ē in toto.

a Motꝰ hʒ duplex sbm.

b Illō qō ē diuerse velocitatꝭ iuenit̃ tribꝰ modis.

Nō cōponit̃ ex finitis ē īfinitū. Idē 8. cō. 60. ꝛ ibi.

Infinitū īpōſe ē ꝯponi ex finitis eq̄libꝰ: aut ieq̄libus.

Infinitū īpōſe est mēsurari a sua pte.

Quicq̄d mēsuratur a sua pte finitū est.

ſemꝑ:aut corrūpit̃ ſemꝑ:aut ītēdit ꝙ cū fuerit poſſitū aliqd trāſmutari trāſmutatiōe finita in tpe īfinito:tūc illud gnābit̃ ⁊ corrūpet̃ inſimul ſemꝑ cū neutra trāſmutatio habeat tp̄s ꝓpriū. Et cū fuerit declaratū īpoſſibile eē trāſmutationē finitā eē in tpe infinito ſequit̃ vt nulluz idem generet̃ ⁊ corrūpat̃ inſil' ſemꝑ. ⁋ Et nō intēdit ꝙ hoc eē īpoſſibile: qꝛ declarat̃ ꝑ hoc ꝙ p̄^m eſt īpoſſibile. Naz hoc eē impoſſibile manifeſtius eſt q̄ȝ illud eſſe īpoſſibile qd̄ acceptū eſt in declaratiōe iſtius. Sȝ induxit ipſuz hoc mō īuēdo aliud īpoſſibile cōtingēs huic: ⁊ eſt gnābile ⁊ corruptibile ſemꝑ gnāri ⁊ corrūpi īſimł'. ⁊.q.d. ⁊ cū hec poſitio fuerit verificata aufert̃ īpoſſibile ↄtingēs ↄ̄dictorie ei⁹: ex quo appet ↄfirmatio iſtius ſermonis ſicut apparet deſtructio ſue contradictorie.

Documentū

In finito tpe īfinitū nō pt moueri.

⁋ Eadē aūt ratio: ⁊ ꝙ neqꝫ in finito tpe infinitū poſſibile eſt moueri:neqꝫ q̄eſcere:neqꝫ in qd̄ regulariter mouetur:nec qd̄ irregulariter. Accepta.n.quadā parte q̄ metietur totuz tp̄s:in hac aliqd tm̄ trāſibit magnitudinis ⁊ nō totā:in oī.n.totā: ⁊ iteruz in equali aliā: ⁊ in vnoquoqꝫ ſil'r: ſiue equalis eſt: ſiue inequalis ei q̄ eſt a principio. differt autē nihil ſi ſolū ſit finita vnaqueqꝫ:manifeſtum .n. ꝙ diuiſio tp̄is in īfinitū nō aufertur finita diuiſiōe facta: ⁊ quāto: ⁊ eo qd̄ tot modis. Quare nō trāſiuit in finito tpe infinitū. Nihil aūt differt magnitudinez in altera: aut in vtraqꝫ eſſe infinitā. eadē.n. ratio eſt.

⁋ Et eadē rōne ratiocinatur ad hoc ꝙ impoſſibile eſt ēt infinitum moueri tpe finito: aut quieſcere:ſiue motus fuerit equalis:aut diuerſus. Nā cū accipietur aliqua ꝑs q̄ mēſuret totū tp̄s:tūc in illa parte mouebitur ꝑ aliquā partē illius ſpatÿ nō ꝑ totū. Per totuz .n. mouetur in toto tpe. Et in eq̄li mouebitur etiā ꝑ aliam partem ⁊ in vnaquaqꝫ partium ſil'r:ſiue fuerit equalis precedenti: aut inequalis. Nulla eni eſt dr̄ia in hoc ſolūmō ꝙ vnaqueqꝫ illarū partiū ſit finita. Vn̄ manifeſtū ē ꝙ cū tp̄s ↄſumitur nō ↄſumitur īfinitū. Partitio eni eſt finita in menſura ⁊ in numero. Ergo nihil mouetur per īfinitū in tēpore finito. Et nulla differentia eſt ſiue illa mēſura fuerit finita altera parte: aut īfinita vtraqꝫ. Quoniam eadem eſt ratio.

62 ⁋ Cum declarauit ꝙ īpoſſibile eſt aliqd̄ infinitū moueri ꝑ ſpatiū finitū in tēpore īfinito: declarat etiā ꝙ impoſſibile eſt vt aliqd̄ infinitū moueat̃ in tempore finito.nam neceſſariū eſt vt īfinitū moueat̃ per ſpatium infinitū.g̊ ſequit̃ aliquid pertrāſire ſpatiū infinitū in tempore infinito: ⁊ hoc eſt cōuerſum eius qd̄ p̄us declarauit eſſe īpoſſibile.ſ.aliqd ꝑtrāſire ſpatiuz finitū tēpore īfinito. Et qꝛ hec duo ſunt ſimilia: ⁊ eadem eſt declaratio in eis.ſ.aliqd moueri per ſpatiuz finitum in tpe finito:aut aliqd moueri per ſpaciū infinitū in tpe finito. Nā illud qd̄ illic fecim⁹ diuidendo ſpaciū finitū ex quo ſequit̃ tp̄s eē finitū: faciem⁹ hic diuidēdo tp̄s: ⁊ ſequit̃ ſpaciū eſſe finitū. ⁋ Et iō d. ⁊ iſta eadē rōe ⁊c̄.i.qm̄ īpoſſibile eſt īfinitū moueri in tpe finito:ſequit̃.n.ip̄m moueri per ſpaciū infinitū in tpe finito. ⁋ D.d.qm̄ cū accipiat̃ aliq̄ ꝑs ⁊c̄. ideſt ⁊ demōſtratio illius:qm̄ cū poſuerim⁹ motū īfinitū in tpe finito: ⁊ acceperim⁹ aliquā partē illi⁹ tēporis:tūc motū mouet̃ in illa per aliquaz ꝑtē ſpacÿ. Nam īpoſſibile eſt vt per idē ſpaciuz moueat̃ in ꝑte ⁊ in toto tp̄is. ⁋ D.d. ⁊ ineq̄li ēt mouebit̃ per aliam partē ⁊c̄.i.deīde ſi poſuerimus ip̄m moueri in aliam partē tp̄is equalē p̄me parti mēſuranti: deīde in tertia:deīde in q̄rta: ⁊ ſil'r in vnaquaqꝫ partiuz tp̄is donec tp̄s cōſumat̃:tūc ↄgregabunt̃ ex hoc ſpacia finita mēſura ⁊ nūero: ⁊ indifferēter ſiue mot⁹ eius in illis partib⁹ fuerit eq̄lis:aut diuerſus. ⁋ Et h̄ intēdebat cū dixit:ſiue fuerit equalis p̄cedenti:aut inequalis.i.ſiue motus eius in ſecunda ꝑte fuerit eq̄lis motui eius in p̄ma: aut ineq̄lis. Qm̄ nō eſt dr̄ia inter h̄ ꝙ ſit equalis aut ineq̄lis in illis tp̄ibus eq̄libus:cum vnaqueqꝫ partiū ſpacÿ q̄s motū pertrāſit in illis tēporib⁹ fuerit finita:qm̄ cōgregatū erit finitū: lȝ motus nō ſit eq̄lis ī ſe. ⁋ D.d.ex quo māifeſtū eſt ⁊c̄.i. manifeſtū eſt igit̃ ex his ꝙ cū tp̄s ↄſumet̃ per motū illi⁹ moti per vnāquāqꝫ partiū eq̄liū parti mēſurāti ꝙ illud per qd̄ mouet̃ nō cōſumet̃: nam infinituz mouet̃ per ſpaciū īfinitū. ⁋ D.d.partitio eni eſt finita.i. ⁊ declaratū eſt ſuperius: qm̄ neceſſe eſt ſpaciū ꝑ qd̄ eſt mot⁹ cōſumi. nā partes oēs per quas motum mouet̃ in illo tpe ſunt finite mēſura ⁊ numero.ſ.qm̄ vnaqueqꝫ eſt finita in ſe: ⁊ nūerus oiuȝ eſt finit⁹: ſed poſitū eſt eas eſſe infinitas:hoc eſt īpoſ̓e. ⁋ Deinde dixit.g̊ infinitū nō mouet̃ in tpe finito.i. declaratuȝ eſt igit̃ ex hoc ꝙ aliqd̄ infinitū nō mouet̃ in tpe finito:qm̄ ſequit̃ ex hoc vt aliqd̄ infinitū moueat̃ ꝑ ſpacium finitū: ⁊ ſic aliqd mouet̃ per ſpaciuz min⁹ ipſo: qd̄ eſt īpoſſibile. ⁋ Debes ſcire ꝙ ex hoc appet ꝙ īpoſſibile eſt īfinitū moueri oīo. nā ꝙ nō mouet̃ tpe infinito neceſſe eſt ip̄m moueri ſemꝑ tp̄ib⁹ finitis ſ̓ȝ cōtinuationē ⁊ perpetuitatē. ⁋ D.d. ⁊ nulla eſt dr̄ntia ⁊c̄.i.qm̄ ſequitur motum pertrāſire ſpaciū īfinitū in tpe finito.dico ergo ꝙ ſequit̃ ex hoc vt mot⁹ eius ſit in toto tēpore vnus.ſ.motus infinitus. 2

Documentū Impoſ̓e ē īfinitum moueri omnino.

3

⁋ Demonſtratis autē his. manifeſtuȝ eſt ꝙ neqꝫ finitā magnitudinē infinituȝ contingit tranſire in finito tēpore ꝓpter eandeȝ cām. In parte enim tēporis finitū tranſibit: ⁊ in vnoquoqꝫ ſil'r. Quare in omni finitum.

⁋ Hoc quidē declarato manifeſtum eſt eſſe impoſſibile etiā magnitudinē finitaȝ ꝑtranſire infinitū in tēpore finito. Propter illam eandem cām.ſ.qm̄ in parte tēporis ꝑtranſit finitum: ⁊ in vnaquaqꝫ partium ſimiliter. Ergo in toto pertranſibit finitum.

⁋ Cum declarauit ꝙ īpoſ̓e eſt aliqd̄ finitum ꝑtrāſire ſpaciū finitū tpe infinito: neqꝫ aliqd̄ infinitū in tpe finito. ⁋ Dixit: ꝙ ex h̄ pȝ cōuerſuȝ p̄mi eſſe īpoſſibile:qd̄ eſt aliqd̄ finitū ꝑtrāſire magnitudinē īfinitam in tpe finito. Nā cū tp̄s diuidet̃ in ꝑtes eq̄les:ſtatim ſpatiū ſil'r ſ̓m illuȝ numerū:ſiue motus fuerit eq̄lis: aut ieq̄lis:ex quo ſeq̄t̃ ſpatiū eē finitū. ⁋ D.d.ꝑꝑ il- 63

lam eandē cām.ſ.ꝛ hoc manifestū est ex illa eadē ꝓpōne qua vsi fuimus in p̄dictis declaratiōib⁹.ſ.dicēte ꝙ in pte tp̄is mouebit̄ p ptē ſpatŭ finitā. Impoſſibile.n.est totū ꝛ partē ptrāſiri in eodē tpe. ℭ D.d. ꝛ ſilr in vnaq̄qꝫ ptiū.i.ptiū tp̄is eq̄liū p̄me. ℭ D.d. ergo ꝛ in toto ꝛc.i.ergo necesse est vt motū ptranſeat in toto tpe finito ſpatiū finitum.

ℭ Qm̄ aūt finitū nō trāſibit infinitū finito tēpore manifestū est: ſic neqꝫ infinitum finitū. Si nāqꝫ infinitū finitū nec̄e est: ꝛ finitū infinitū trāſire. Nihil.n. differt qðlꝫ eē qð mouet̄: vtrobiqꝫ.n. finitū ptrāſibit infinitū. Cū eni moueat̄ infinitū in quo ē a. erit aliq̄d ipſi⁹ ſm b. finitum vt c.d. ꝛ iterū aliud: ꝛ aliud: ꝛ ſemp ſic. Quare ſilr accidit infinitū motū eē per finitū: ꝛ finitū tranſire infinitū. Neqꝫ.n. fortaſſis poſſe ē aliter infinitū mutare finitū: q̄ꝫ ꝙ finitū tranſeat infinitū: aut ita ꝙ ferat̄: aut metiat̄. Quare qm̄ hoc impoſſibile est: nō trāſibit infinitum finitū.

ℭ Et cū finitū nō ptrāſeat infinitū in tpe finito: manifestū est p ſe: ꝙ neqꝫ etiā infinitū ptrāſit finitū: ſi.n. infinitū ptrāſit finitū: necesse est finitū ptrāſire infinitū: qm̄ cū mouet̄ infinitū.ſ.a. tūc q̄ddā eius erit in b. finito. V.g.c.d. aūt erit ēt aliud ex eo poſt aliq̄d: ꝛ ſic ſemper: ex quo ſeq̄tur vt infinitū moueat̄ per finitū: ꝛ finitū ptrāſeat infinitum: qm̄ vr̄ mihi ꝙ impoſſe est infinitū moueri per finitū alio mō: niſi vt finitū ptrāſeat infinitū: aut curſu: aut mēſuratione: ꝛ cū ſit hoc impoſſibile: est impoſſibile infinitū ptrāſire finitum.

ℭ Demōſtratio ꝓbans ꝙ mobile infinitū nō pōt ptrāſire magnitudinē finitā in tpe finito.

64 ℭ Hoc est 4ᵐ q̄ſitū: ꝛ est ꝙ motū infinitū nō pōt ptrāſire ſpatiū finitū ſicut declaratū est: qm̄ impoſſibile est moueri tpe finito. ℭ Et dixit: ꝛ cum finitū ꝛc. ꝛ modus ꝯtinuatiōis in eo est: qm̄ q2 declaratū est finitū nō ptrāſire ſpatiū infinitū in tpe finito: declaratū est ipſū nō ptrāſire finitū oīo. Nā ſi ptranſiuerit ptrāſibit in tpe: qð iā dcīt: ꝛ qð est tale est finitū: ꝛ cū declaratū ſit ꝙ finitū nō ptrāſit oīo ſpatiū infinitū: manifestū est ꝙ motū infinitū nō ptrāſibit ſpatiū finitū. ℭ D. dedit rōnē ſup hanc ꝯtinuationē: ꝛ dixit: 2
qm̄ ſi infinitū ptrāſibit finitū ꝛc.i.ꝛ declaratū est ipꝫ nō ptrāſire illud: qm̄ ſi finitū ptrāſibit infinitū: ptranſibit illud in tpe finito: ſꝫ declaratū est ipꝫ nō ptrāſire illud in tpe finito. g̊ oīo nō ptrāſibit illud. ℭ D. 3
induxit exēplificationē q̄ certificat̄ h̄: ꝛ dixit: qm̄ infinitū.ſ.a. moueat̄ ꝛc.i.ꝛ iſta ꝯſecutio est vā: q2 cum poſuerim⁹ ꝙ infinitū ptrāſit ſpatiū finitū.ſ.a. tūc q̄ddā infiniti erit in hoc ſpatio qð est b. ꝛ erit hoc q̄ddā eq̄le huic ſpatio: ſit igit̄ hoc q̄ddā c.d. Et cū poſuit ꝙ necesse est vt ps finita moti infiniti ſit in ſpatio finito p qð mouet̄: ꝛ vt illa ps ſit eq̄lis ſpatio finito: ꝛ dixit: ꝛ erit ēt aliud ꝛc.i.ꝛ necesse est cū iſtud motū infinitū transferat̄: vt illa ps ei⁹ ēt ſi eq̄lis ſpatio p qð mouet̄ alia a p̄ª pte: ꝛ p ſcðaꝫ ēt 3ª ps: ꝛ ſic ſemp. ℭ D.d. ex q̄ ſeq̄t̄ ꝛc.i. qm̄ q2 ſpatiū ſupponit̄ rei mote: ꝛ min⁹ mēſurat maius: nec̄e est cū motū fuerit maius ſpatio vt mēſuret̄ motū: ꝛ cū motū fuerit min⁹ ſpatio necesse est vt motū mēſuret ſpatiū: ꝛ nō erit dr̄ia iter h̄ ꝙ infinitū pertranſeat ſpatiū finitū: ꝛ inter hoc ꝙ finitū pertranſeat ſpatium infinitum: qð est impoſſibile.ſ. qm̄ in moto infinito necesse est mēſurari per ſpatiū finitū: ꝛ moto finito mēſurare ſpatium infinitū: qm̄ nulla differētia est in hoc ꝙ mēſuret ſpatiū: ſꝫ mēſurans in moto finito per ſpatiū infinitū est motū: ꝛ mēſurās motū infinitū per ſpatiū infinitum est quieſcēs. 4
ℭ Deīde ꝯfirmauit hoc: ꝛ dixit: qm̄ mihi vr̄ ꝛc.i. qm̄ impoſſibile est imaginari ꝙ motum infinitum pertranſeat ſm totū finitū: aliomō ab eo quo imaginat̄ ꝙ motū finitū ptranſeat ſpatiū finitum. Si igit̄ hoc fuerit impoſſe: illud erit impoſſe.i. ſm ꝙ imaginat̄ ipm ptrāſire illud curſu: aut mēſuratiōe. ℭ Et induxit hoc diſiūctiuū: aut qm̄ motū finitū cū ptranſiuerit ſpatiū infinitū ptranſibit illud curſu: ꝛ cum motū infinitū pertranſiuerit ſpatiū finitum: pertranſibit illud menſuratione non curſu. ꝛ non est differentia inter iſtos duos ptrāſitus in hoc ꝙ impoſſibile ſequatur.

Min⁹ mēſurat mai⁹. 3ᵒ io. me. t.c.4.

ℭ At vero neqꝫ infinitum in finito tempore tranſibit infinitū: ſi.n. infinitū ꝛ finitum: ineſt eni in infinito finitū. Amplius aūt ꝛ tpe accepto eadeꝫ est demonſtratio.

In infinito ē finitū.

ℭ Neqꝫ infinitū ptrāſit in tpe finito infinitū: qm̄ ſi ptrāſit infinitū: ptrāſibit ēt finitū: qm̄ in infinito est finitū: cū ēt cōſideratū fuerit de h̄ ſm tp̄s: ſilr ꝓueniet ex demōſtratiōe.

ℭ Hec est q̄nta declaratio: ꝛ est de illo qð remanet ex diuiſione.ſ. vt motū infinitū moueatur tempore finito: quoniā illud qð est tale: aut mouetur per ſpatium infinitū: aut finitū.ſ. vt moueatur infinitum per infinitū in tēpore finito. ℭ Et dixit: quoniā ſi pertranſiuerit infinitū pertrāſibit etiā finitū.i. quoniā cum poſitū ſit infinitū pertranſire ſpatiū finitū in tēpore infinito: necesse est vt finitū pertranſeat ſpatiū infinitum in tēpore finito: qð est impoſſibile: vt declaratū est. ℭ D.d. quoniam in infinito est finitū: ideſt ꝛ necesse est cum infinitum pertranſiuerit infinitū in tempore finito: vt finitum pertranſeat infinitum: quoniaꝫ in infinito pertranſito est pars finita neceſſario: que 65

sario:que pertransit spatium infinitum in tempore finito. ¶ Deinde dixit: ꝛ cum consideratum fuerit ƀȝ tempus ꝛc. idest prouenit etiaȝ demonstratio: ex qua declaratum est: ꝙ impossibile est infinitum moueri tēpore finito: ꝛ illa demonstratio est per diuisionē tēporis: qm̄ per diuisioneȝ tēporis diuidiť spatium. Si igiť tp̄s fuerit finitū ꝛ spatiū erit finitū: sȝ positū est ip̄m esse infinitū: hoc est impossibile.

Motꝰ infinitus nō est in tpe finito ꝛc.

¶ Qm̄ aūt neqȝ finitū īfinitū trāsit: neqȝ infinitū finitū: neqȝ īfinitū in finito tpe moueť: manifestū est ꝙ neqȝ motꝰ est īfinitꝰ in finito tpe: qd. n. dr̄t motū aut magnitudinē īfinitū facere: nec̄e. n. siqdē īfinitū alteꝝ: ꝛ alteꝝ īfinitū eē. oīs eni loci mutatio in loco est.

¶ Et cū sit ipoīe finitū moueri ꝑ īfinituȝ: aut infinitū ꝑ finitū: aut īfinitū in tpe finito. Manifestū est ꝙ motus īfinitus nō erit in tpe finito. nō. n. est differētia īter hoc ꝙ motus sit finitus: aut magnitudo: nam necesse est si alterum fuerit infinitū vt reliquū sit infinituȝ. Quoniā omnis translatio est in loco.

66 ¶ Cū declarauit ꝙ īpoīe est aliqđ finituȝ moueri per spatiū infinitū in tpe finito: aut aliqđ infinitū in tpe finito: siue spatiū fuerit finitū: aut nō fuerit: declaratur īpoīe eē vt motꝰ īfinitꝰ sit in tpe finito. Qm̄ ħ aut erit ꝑ spatiū aut ꝑ rē motā: si aūt ꝑ spatiū: tunc aliqđ īfinitū mouebiť ꝑ spatiū īfinitū in tpe finito. si v̄o īfinitas in motu fuerit ꝑ rē motā: tūc aliqđ īfinitū mouebiť in tpe finito: aut ꝑ magnitudinē finitā: aut īfinitā: sȝ ħ destructa sunt. ģ destructū est aliquē motuȝ īfinitū eē in tpe finito: ꝛ hoc ītēdebat declarare superius: ꝛ ipse vteť ħ tāq̄ȝ fundamēto in 7°. ¶ Et dicit:
2 ꝛ cū sit ipoīe ꝛc. i. ꝛ cū sit declaratū: qm̄ ipoīe est motū finitū ꝑtrāsire spatiū īfinitū in tpe finito: aut motū īfinitū spatiū finitū vel īfinitū in tpe finito: manifestū est ex ħ: qm̄ ipoīe ē vt motꝰ īfinitus sit in tpe finito.
3 ¶ Deīde declarauit ꝯsecutionē: ꝛ dixit: nō. n. est dr̄ia ꝛc. i. qm̄ cū sit ipoīe vt motū finitū moueať per spatiū īfinitū in tpe finito: aut motū īfinitū in tpe finito manifestū est: qm̄ ipoīe est vt motꝰ infinitꝰ sit in tpe finito: qm̄ si fuerit īfinitus: aut erit ꝑ magnitudinē īfinitā: aut motū īfiniti. Sȝ ħ duo sūt ipoīia: ģ impoīe erit: vt motꝰ īfinitꝰ sit in tpe finito. ¶ D. d. nō. n. est dr̄ia ꝛc. i. cū nō sit dr̄ia siue ponať ꝙ motꝰ infinitꝰ est in tpe finito: aut ꝙ magnitudo infinita moueť in tpe finito. ¶ D. d. qm̄ nec̄e est ꝛc. i. qm̄ nec̄e est si motus fuerit īfinitꝰ vt magnitudo sit īfinita: aut illa per quā est motꝰ: aut illa q̄ moueť: ꝛ silr̄ si alterum istoꝝ
